INCLYTORVM SAXONIAE SABAVDIAEQ. PRINCIPVM ARBOR GENTILITIA

PHILIBERTO PINGONIO Authore.



AVGVSTAE TAVRINORVM
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ,
M. D. LXXXI.
CVM PRIVILEGIO DECENNALI.

SERENISSIMO CAROLO EMANVELI SABAVDIAE DVCI SVBALPINORVMQVE PRINCIPI.

Philib. Pingonius S. D.

DECIMVS effluxit annus, cum te puero arborem hanc tuam gentilitiam inserere cœperam, & tibi (diuæ tuæ matris MARGARITAE à Franciâ auspicis) cõsecraram: Amplectebare tu quidem meam operam, & à radice iam ductum caudicem frondere, gemmasq; magis ac magis agere delectabaris. Alij alio ingenio apud diuum tuũ parentem, EMAN. PHILIBERTVM in me mouebantur, accusabant tacitè audacem & inanem istum laborem meum, nisi prius consulto SAXONIAE duce, à quo tanquam capite, membra mouenda sunt. Quasi verò caput suos motus membris denegare soleat, nec ab ipsis pro tempore dirigatur. Ita fit, vt benè cœpta, intermittendo supprimantur: siquidem ex mora tædium, ex tædio prouenit obliuio: obliuione autem quid non extinguitur? Sæpè ego ad DVCEM illum destinandus fui, optaui, & iussus paraui me sæpißimè, & in procinctu varijs negocijs, siue potius iniquâ meâ quadam sorte iactatus, quasiquè minus (vt fateor) ad id idoneus subsedi. Interea ætas labitur, bellis uiæ intercluduntur, ualetudo paulatim cœpit ingrauescere: nuper uerò, mors tanti, tamquè magni mei principis ex insperatò contigit, quæ me præ dolore abiectâ spe omni penè simul confecit. Hinc arbor penes me latitans, uisa in agello deflorescere, & mecum pœnitus concidere: nisi tu tantus successor suscitare, & denuo inoculare eam uelle demonstrasses. Erexisti animum, uiresquè reuocasti ad culturam resumendam, & aggerandam. Cæterum nihil meo iudicio Saxonicæ authoritati (cui merito maiorum tuorum more plurimum defers) imminutum, nihil meæ in Saxoniam profectioni, quam

adhuc uti uoles, in uotis habeo, protractum erit, quando ipsa arbor longè latèque explicabitur, & ubiuis gentium patebit. Quinimo cum me uiuo, quisque suum feret iudicium, & de suo adferet, securius eam attondere, putare, surculare potero: idque de more senis & optimi agricolæ, qui non posteris confidens, posteritati laborat, feraces serit plantas, alteri seculo profuturas: & quo magis metam prospicit, eo studiosius omnia absoluere contendit. Iam uero quis mirabitur me è Saxonibus à SIGVEARDO *rege ad* AVGVSTVM, *qui nunc fœliciter regit, plures quàm uiginti tres gradus constituisse: nec in eo Volf. Lasium, Georgium Agricolam, Musterum, aut alios huiusmodi sequutum. Ad id profecto uel diu renuentem, temporum ratio, calculus exactior, ueterum scriptorum indagatio, tabularum fides, & cum Sabaudis nostris principibus iustior collatio, impulerunt. Si enim à Siguerardo Vithichindus senior prodijt, ab hoc, Othones Cæsares; ab his, Sabaudi hæroës sine dubio deriuarunt, inter quos tu undetrigesimum gradum conficis, quæ (malum) ista Saxonum decurtatio, siue præteritio? Hæc obiter, Cætera in historiarũ meis libris XXX. (qui aliquando si faxint Superi in lucem prodibunt) ob oculos præfigentur: & quæ coram mallem apud inclytum illum Saxoniæ* DVCEM *proponere, deque re tam seria & necessaria animo eius satisfacere. Præterea non deerunt admiraturi, tam longam & nunquam interruptam seriem mille ferè annorum: quam nullis, aut raris in alijs principum familijs obseruauimus. Sed hæc seruatæ iustitiæ, & cultæ ab initio pietatis indicia: neque certiores fructus à* DEO *Opt. Max. reddi terrarum orbi poterant: quem orbem bonis protegere, non malis uelle perdere, summà semper solitus fuit prouidentià. Itaque in tam numerosà maiorum tuorũ stirpe, ne unum quidem tyrannum offendas, fortes quàm plurimi, sanctimonià insignes non pauci, iusti & æquissimi omnes passim imitandi occurrent. Quos cum pulcherrimè imitari cœperis, nec unquam desines, in te neque desinent: sed à te uberiora hortis ipsis Hesperidum mala aurea prodibunt, quæ auream simul ætatem beatis tuis populis reportabunt, conseruabuntque.*

Vale.

Ex Augusta tua Taurinorum, Calendis Nouembris MDLXXX.

PRIMAE EPISTOLAE EXEMPLAR.

SERENISS. CAROLO EMANVELI A' SABAVDIA PEDEMONTIVM PRINCIPI,

Philib. Pingonius S.

QVOD nuper è fonte ſacro nomen illud tuum ſeptimo meo filio ſolenni religione dare, teque religionis prædem ſiſtere volueris: dediſſe me etiam de more decet quidpiam, poſteaquàm & tu à me iampridem tua cunabula, pietatisque primitias aliquot carminum millibus accipere, meque ipſum, & meos humaniter excipere cœpiſti, audentius dignum aliquid exquirendum. Nihil verò nunc te dignius, ex Samia ſententia, quàm imprimis te ipſum vt noris proponere: quemadmodum iam magnos alios quot ſunt, quotque fuerunt, vix tres adhuc inter conſtitutus trieteridas noſti, vel ex ipſis numiſmatibus, quibus vetuſtiſsimis in omni genere abundas. Nouiſſe vero te maximum quiddam erit: & te eum vt noſcas, en, paratum munus habeo, eo certè nomine maximum: quodque maiores tuos maximos quoſcunque, tanquam in manu præſentes faciat. Sic de tuo pendo facilè, quod alioquin de meo ære nunquam exoluiſſem, ſic efficio, vt tui tu ſimilis, magis ac magis ab omnibus videare: cum omnes tecum intelligent te tot regnum, Cæſarum, & hæroum legitimam eſſe propaginem: admirandos ſigillatim quoſque, ſed in te omnes profluere, & omnium vmbras, ac imagines ſuſcitaturum te tandem, vnoque in abſoluto corpore aliquando expreſſurum. Accipe igitur mi princeps ex meis Allobrogicarum antiquitatum libris, iacentibus illis quidem, explantatam gentilitiam hanc tuam arborem, quam non (vt fucatas plures) coniecturarum, aut potius ſomniorum vanitate, ſed certo vel receptiſſimorum authorum teſtimonio, vel diplomatum & contractuum indubitatà fide comprobatam ingenuè aſſero. Auſim præterea polliceri, ſemel experrectus, hæc ſi tibi arrideat, ſique inuictiſſimus tuus pater iubeat, atque faueat Pallas illa tua genitrix vere regia, aream hanc, quam vno capis aſpectu, latifundijs, & non minus vberrimis campis collocupletaturum me, nec tuæ, tuorumque gloriæ defuturas Decades.

Vale.

Ex Auguſta Taurinorum, Februario, MDLXX.

DE ILLVSTRIS VIRI PHILIBERTI PINGONII CAMBERIENSIS CVSIACENSIVM BARONIS ARBORE SABAVDOSAXONICA.

IOANNES LEVNCLAVIVS AMELAEBVRANVS Angriuarius, patricius Saxo.

ex Herodoto & Zonara.

CEDANT platani priscæ Pingoniæ,
Quas aureas fecit seu Xerxes, gentium
Formido inanis, seu Cæsar Byzantius.
Xerxea quid folijs præbebat aureis?
Quid, præter umbram? hanc præbet arbor qualibet.
Quid Theophilea? garritus auium, æmulos
Cantus uolucrum naturalis, aurium
Leuem uoluptatem, atque momentaneam.
Vbi Persicum nunc opus? ubi Byzantium?
Vtrumque nepotum absorbuit uesania.
At arbor ista, quam uides, Pingonia,
Fert aureos Ducum ramos, quos Saxonis
Et quos Sabauda gens mundo inclytos dedit,
Exempla uirtutum, uel armis, uel togà,
In mille propagatos annorum gyros:
Eademque lucem luce dat carentibus,
Animosque dio historiæ concentu beat,
Nunquam secuturis abolenda sæculis.
Quid ergo Musis, atque Apolline iudice,
Meretur aureus iste Pingoni labor?
Vt primus Hesperiæ ducum, dux CAROLVS,
Primusque Germanorum AVGVSTVS *principum,*
Felicis arboris aurei rami, auream
Auro rependant stirpis arborem suæ.

PANDVLPHVS SFONDRATVS Patricius Cremonensis.

Pictor erat pulchræ Pingonius arboris, in qua
Parma Sabaudorum stemmata, auosque refert,
Interijt quicquid præclarus pinxit Apelles,
Hoc pictore, necem nesciet ista domus.

MAR-

MARCVS CLAVDIVS BVTTETVS
Patricius Camberiensis.

Obruerat quondam titulos nomenque tuorum
Emanvel, cunctis imperiosa dies.
Et quos euexit bellantem fama per orbem,
Gurgite Lethæo preßit auara palus.
Non tulit hoc uirtus, clara Pingonius arte
Hos rapit è tenebris, dum tua iussa parat.
Dumquè triumphantum diuerso ex orbe trophæa,
Atque domus reserat stemmata longa tuæ:
Ecce tuos scriptis cœlo tulit ille triumphos,
Tantaquè sic illi Laurea, Laurus erit.

FRANCISCVS AMBOSIVS. I. C.
Parisinus.

Quis tua tam magnis Pingone hominumue, Deumue
Pectora compleuit cœptis, ut primus adires
Historiæ penetrale latens, primusquè uetusti
Temporis annales uoluens ab origine uerà,
Dudum Allobrogicæ prisca incunabula gentis,
Saxonas efferres insigni laude Sabaudos?
At qui Phœbæum plenis redolentia nectar
Visceribus, nil historicum, nil tale sonabant
Labra tibi: sed dum fesso iam sole recedens
Lux abit, & Dictynna subit, bigasquè uolutat,
Hinc candens, inde ater equus, tibi cura puellæ
Æternis castas folijs includere flammas:
Cura tibi Aßyriæ meditari funera Tisbes,
Et falsi Europam deceptam fronte iuuenci,
Et lapides Pyrrhæ, lætasque Amphione Thebas,
Orpheaquè, & Aönios Phœbo mirante recessus,
Cæteraque antiquis cantata referre poetis.
Cura tibi Astrææ lucos peragrare, sacrasquè
Trebatij leges studio uersare diurno,
Dum tua mane cliens supplex ad limina tendit:
Quis te Allobrogicæ integros perquirere fonteis
Historiæ, quis te intactam ebibere Hippocrenem,
Quisue parem fecit triplici Pingone labori?
Ast ille Arctöum cœlum qui uertice torquet,

Ver-

Vertice nutauit, socium Alcidemque poposcit.
Tune triplex onus hoc, uates, iurisque peritus,
Historicusque? o cui uix unquam Mantua fœlix,
Vix Patauina parem dedit, aut Romana propago.
Nempe tibi duplici (seu mauis templa Mineruæ,
Seu Phœbi tripoda) est afflatum numine pectus,
EMANVELE *simul, simul &* FRANCISCIDE *diuà:*
Quæ decus vna suis Francis, decus una Sabaudis.
Augustum nempe ille tuus, qui stemmate claret
Cæsareo princeps, claris uirtutibus anteit:
Trebatium licet usque, Titumque, suumque Maronem
Iactitet, EMANVEL *tres hos te spectat in uno,*
Soluere qui legum nodos, qui pangere docta
Carmina, transactis qui reddere tempora nosti.

IO. PETRVS FERRERIVS. I. C.

Principis Allobrogum relegens ab origine gentem,
Victuris mandas dum Philiberte libris;
Ipsam dum presso historiam molimine texis,
Et nitidum uario schemate condis opus:
Tam præclare obis hæc, iamdudum debita luci,
Suprà ne studium, limaque proficiat.
Quos non ista iuuent? hinc facta illustria auorum,
Hinc magnus sua dux conspicit EMANVEL,
CAROLVS *inde puer, captans monumenta priorum,*
Quò celebranda patris gloria ducat; habet
Ergo negem, auriferæ Hesperidum concedere Syluæ
Istam, quæ per te regia planta sata est.

FRANCISCVS A FLECHERIA. I. C. Vioni præsul.

Quæ uiget Aenææ uictis quæsita Latinis,
Obruta lethæas fama subiret aquas,
Ipsa nisi ad tutos Musarum remige portus
Esset ducta, quibus nulla procella subest.
Fortè Sabaudorum dignissima laude perenni
Gesta ducum pariter deperitura forent,
Et præsens iactura, nisi Pingone sub auras
Aedebas hoc post fata superstes opus:
Gloria quo ducibus crescet, magnumque feretur
Nomen ab æterna posteritate tuum.

SVCCIN-

AD PICTOREM.

QVod stemmatum colores typis reddi nequeāt, & tua ac penicilli opera requiratur: primis notis, vt summam manum addas, hanc colorum rationem (qui blasones vulgò) praeponere tibi volui, ignotam multis, omnibus necessariam, ne aliqua ex parte lectori voluptas desit, & ex hoc tuo labore vtilitatis etiam fias particeps. Iam igitur te operi accinge, thecas explica, industriam exhibe, minium para, nec auro parce: Quantum illustraueris rem dignam, & quā nihil illustrius, illustrasse te minus vnquam poenitebit. Vale vbi absolueris.

PRimo gradu, & numero, ater equus in rubra area.

2 *Gradu, & numero, itidem. Venetorū & Abderitarum stemmata, ignota adhuc mihi.*

4 *Numero, Franciae tres bufones aurei in ceruleo campo, siue azuri.*

5 *Numero, post atrum equum Frisię stemma, transuersae zonę ceruleae, corda aurea, argenteus campus.*

6 *Numero, cum equo nigro, iuncta Rugorum stemmata, partitus cāpus superiore parte aurea, inferiore rubra, hic scalę argenteę, illic dimidiatus leo ater est.*

7 *Numero, Baleslēdea insignia, fasciae sunt, siue cingula atra, in aurea planitie, equus alia parte ater.*

11 *Numero quarti gradus, argenteus equus in purpureo campo, & sic deinceps vbiq; Saxonica stemmata. Danię vero stemma, leo ruber, corona aurea, hallabardam argēteam gerens in aureo campo. Boemiae autē aliud stemma, leo bifurcata cauda argenteus rubra in area.*

12 *Montisfortis, leo ruber in auro.*

13 *Rochilc, adhuc ignoratur.*

14 *Frisię, vt sup. numero.*

16 *Ostrofrancorum, ignoratur.*

17 *Pleisben, leo partitus, superior pars argentea, inferior atra, campus aureus.*

18 *Morsburg, diuisum scutum, superior pars argentea, ubi leo niger, inferior rubra tribus aureis fascijs ornata.*

19 *Franconię, siue Austrasię, siue Lotharingię, zona rubida, cassitę, siue alaudae tres argenteae in aurea planitie, siue mauis scutum rubidum alaudis innumeris plenum, quae prisca erant Austrasiae insignia.*

21 *Franciae, lilia aurea, campus ceruleus.*

22 *Germanię principum stemma adhuc ignoro.*

28 *Franciae, vt numero 21.*

29 *Nordringen, aquila rubra auro coronata, in argentea planitie.*

30 *Scherin, serratę sunt, siue dentatę geminę fascię superior rubra, nigra inferior, cāpus aureus.*

32 *Francorum Imperatorū, aquila biceps nigra scuto incluso ceruleo lilijs aureis ornato, campus verò aureus.*

33 *Franciae, vt numero 21.*

34 *Vasserburg, pini tres aurei, campo ceruleo.*

35 *Mater Aledrami, ignoratur.*

36 *Cęsaris, aquila biceps nigra, cāpo aureo, & sic de cęteris Cęsaribus.*

40 *Sueuię, tres leopardi nigri, coronis rubris in auro*

41 *Bambemburgensis, armatus homo ceruleus in cāpo aureo.*

42 *Vxor, & stemma ignorantur.*

45 *Cęsaris, aquila, ut num. 36.*

46 *Montisferrati, scutus partitus superiore parte rubra, inferiore argētea. Et sic de cęteris quoties occurrent. Secundo scuto Berengarij insignia erant fasciae tres aureae in rubra planitie, sequente scuto aquila cęsarea.*

47 *Post aquilas Angliae, leopardi tres aurei campo sanguineo. Burgundiae regum felis erat murem occidens nigri coloris in aurea area.*

48 *Bauariae, scutus est dissectus in tesserulas, primus ordo argenteus, secundus azuri. Et sic de ceteris eius gentis.*

49 *Saxonię, equus argenteus.*

52 *Bauariae, & imperij, num. 48. & 36.*

53 *Lotharingiae, vt num. 19. Et Franciae num. 21.*

54 *Franciae & imperij, vt num. 21. & 36.*

55 *Misniae, leo niger in auro. Et sic de cęteris eius nominis.*

Vxoris, nomen et insignia adhuc incognita.

57 *Angliae, vt 47.*

58 *Sueuię, vt num. 40.*

60 *Austrasię, Alaude innumere argēteae cāpo purpureo. Secūda insignia Cōstātinopolitana aqla biceps aurea in purpureo cāpo scutū habēs ī pectore crucis aureę in cāpo rubro, cui quatuor aureę literę B siue sint igniaria, sup imminent.*

63 *Franconiae, leo dissectus argenteo & rubro colore, super azuri scuto.*

64 *Franciae, vt num. 21.*

65 *Lotharingię, vt num. 19.*

66 *Vassemburg, vt num. 34.*

67 *Franciae, ut nu. 21. Sabaudiae aquila nigra in auro incluso in pectore aquilae scuto saxonico, equi argentei.*

68 *Sueuię, vt num. 40.*

69 *Bauarię, ut num. 48.*

70 *Montisferrati, & Imperij, vt suprà.*

71 *Bohemiae, leo argenteus bifurcata cauda auro coronatus in rubra planitie: Poloniae uerò partito scuto aquilae argenteae in rubido campo, armati equites argentei in rubro etiam. At Hungarię sunt fascię quatuor rubrę argentea in area.*

72 *Post aquilas, Aragonum stemma, palli tres aurei in rubente planitie.*

73 *Holandiae, argenteus leo sanguineo campo.*

76 *Palatini Rheni, aquila argentea campo azuri.*

77 *Palatini Rheni, vt 76.*

78 *Vxoris nomen ignotum.*

89 *Hungarię, vt num. 71. vltima parte.*

80 *Brandeburg, aquila argentea in rubro. Casalemburg ignoro. Groic fascię tres rubrae in argento.*

81 *Vxor, ignota.*

82 *Misnię, vt num. 55.*

83 *Schenchij, ignoratur.*

84 *Cęsaris, aquila.*

85 Vxor, ignoratur.
86 Vxor, ignoratur.
90 Cęſarea aquila infixo ſcuto Saxonico pectori ec pertiat Sabauda ſtemmata, & ſic de ſingulis Sabaudis: ſchirenſium uerò, ut num. 30.
91 Francię, ut num. 21.
92 Maſſonię, hactenus ignoratur.
67 Sueuiæ, ut num. 40.
100 Secuſię, in bipartito ſcuto prima parte argentea, turris rubra. Secunda parte rubra, turris argentea.
102 Bauarię, ut num. 48.
103 Cęſaris aquila, & Auſtrię, ut num. 60.
104 Pictauienſis leopardus ater in auro.
105 Burgundię comitum, leo ceruleus coronatus ex auro in aureo campo diſperſis etiam ſcutulis ceruleis, billonos uocant, ſiue billetis.
108 Maſtiſconis, prima aquila argentea campo coccineo, ſecunda Sabaudię, ut num. 90.
109 Sueuię, ut num. 40.
110 Hieruſalem crux furcata, ſiue potentiata, ut uocant, aurea, & quatuor cruces aureę etiam campo in argenteo, cętera Montisferrati, & alia parte ſcuti ſtemma Conſtantinopolitanū, ut num. 60. parte ſecunda.
111 Hieruſalem, ut proximo numero.
112 Conſtantinopolitanum, ut proximè, & nu. 60.
113 Aquila Sabauda, & Hungarię ſtemma, ut nu. 71.
114 Cęſaris, aquilę.
115 Romantę, & Caſſentini, ignoratur.
116 Salutiarum, ſcutum partitum, ſuperior pars azuri, inferior argentea, aliud ſcutum partitum Montisferrati.
118 Barcilonę, ſcutum bipertitum, duę partes argenteę, alię duę Aragonum ſunt palli, ut nu. 72.
119 Montisferrati, ut ſup. num. 46.
120 Brandeburg, ut num. 80.
121 Lotharingię, ut nu. 19. cū trifurcato labro azuri.
122 Hieruſalem, ut num. 111. et Montisferrati ut 46.
123 Craueſanę, poſt Montem ferratum, ut Salutiarum ut num. 116.
124 Delphini, Delphin aureus in ceruleo equore.
125 Cęſaris, aquila biceps.
116 Lotharingię, ut num. 19. Albonis perdix argentea in cœruleo campo.
130 Francię, ut num. 21.
131 Flandriæ, leo niger rubris unguibus & lingua, in aurea planitie.
132 Thuringiæ, leo diſſectus prima parte argentea, ſecunda rubea, coronatus auro in cāpo azuri.
133 Boemiæ, ut num. 71.
134 Montisferrati, cum Sabaudia.
135 Flandriæ, ut 131. Zeringię leones duo cerulei, zona eiuſdem coloris intermedia in argenteo cāpo. Burgundiæ comitum, ut num. 105.
138 Mediolani, anguis ceruleus uorans infantem rubidum, campo in argenteo.
139 Belliioci, leo nigricans cum labro trifurcato argenteo, aurea in planitie.
140 Portugaliæ, ſcutum ſcuto incluſum, interius argenteum quinq; minora ſcuta azuri continet ſingulo quinq; teſſerę argenteę, ſuperiore ue-ro ſcuto purpureo in ſibulam circuente lilia, & alternę turres aureę exurgunt.
141 Primum, Bohemię, ut num. 71. ſecundum, Auſtrię faſcia ſcuto rubente. tertium, Maltilti ignoratur apud me.
142 Anglię, ut num. 47. Caſtellæ, turris aurea rubido campo.
143 Delphini, ut num. 124. Baugiaci leo argēteus maculis nigris, herminas uocant, uariegatus, corona, lingua, dentibus aureis, cerulea in planitie. Caſtillionis ſtemma, crux ſanguinea in auro. Rotæ ſtemma, rota aurea in ceruleo campo.
145 Gebennarum, ſcutum aureum in crucem partitū, crucis partes quatuor, ceruleæ media pars, & aliæ aureę.
146 Angliæ, ut nu. 47. addito labro, ſiue lambello, argenteo.
147 Vintemily, diuiſi ſcuti, primæ duę partes purpureæ, aquilam auream continent, ſecundæ partes bipertitę, ſuperior aurea, inferior uerò rubra eſt. Scutū aliud Mōtisferrati, ut n. 46. etc.
148 Cęſaris, aquila primo ſcuto. Secundo Iſemburg faſcię tres nigræ in argenteo campo, At Caſel tertij ignoratur.
149 Caſtellę, ut num. 142.
150 Sabaudiæ nouum ſtemma, crux argentea, campo ſanguineo.
151 Vrſinorum, faſcia azuri, aureo rigata alueo, ſcuti ſuperior pars argentea roſam purpureā, auro illitam producens, inferior pars argentea tribus purpureis zonis ornata.
152 Conſtantinopolitana, ut num. 60.
153 Delphini, ut num. 124. Baucio dimidiata crux rubra aureo campo partito, dimidiata ſtella argentea rubido campo.
155 Sabaudię, iterum aquilę, tum Flandricū ſtemma, ut num. 130. Fliſcorum tranſuerſæ zonę quatuor argenteę in azuro.
159 Foucigniaci, palli tres aurei in rubro, uelut aragonum, num. 72.
161 Burgundię comitum, ut num. 105.
162 Ateſtenſis, prima aquila argentea in azuro. Secunda Sabaudię.
163 Quibaurg, faſcia purpurea inter duas faſciolas eiuſdem coloris in auro.
164 Prouincię, ſcutum ſuperiore parte rubra diuiſum, cui duo leonum capita aurea eminent, inferiore cerulea, cui duo barbatuli piſces aurei crucibus aureis circumcluſi.
165 Carentana, & Arnaſch ignorantur.
167 Salutiarum, ut num. 116. Sueuię, ut numero 40. cum lambello cruceo.
168 Montisferrati, ut num. 46.
169 Boerij Burgūdi, crux aurea campo azuri incluſa, lilia aurea.
170 Hiſpanię, partitum ſcutum, prima parte argentea leonis cerulei, Secunda parte rubida, turres aureę.
171 Belliioci, ut ſup. num. 139.
172 Burgundiæ comitum, ut num. 105.
173 Sabaudiæ, crux argentea in rubro, & ſic deinceps

tria

tria verò ſcuta ſequentia, primum Baugiaci, vt num. 143. Secundum delphini, vt nu. 129. Tertium Brabantię partito ſcuto prima parte leo aureus campo nigro, ſecunda parte leo ruber bifurcata cauda, ut Boemiæ, & Luxẽburgi, num. 71.

174 Sabaudię vaudi, aquila ſimplex cum lambello azuri, tum Lotaringię, ut num. 19. Montisfortis, vt num. 12. Illud verò de Alueto ignoro.

175 Belliioci, vt num. 139.

176 Delphini, vt num. 124. Bearrenſis piſces barbatuli argentei crucibus aureis septi ceruleo in æquore.

177 Cęſaris, aquila ſcuto incluſo. Auſtrię, faſcia inquã argentea in rubido campo.

178 Sabaudum ſtemma, transuerſa zona azuri, & ſic Achaię principum Sabaudorum: tria verò ſequentia ſtemmata, primũ Abſpurg, ſiue Auſtrię, vt ſuperiore numero faſcia argentea in rubro: ſecundum Achaię crux adunca aurea campo rubido: tertium Delphini, ut nu. 124.

184 Burgundię ducatus, ſcutum aureum tribus zonis ceruleis diſtinctum, & ſcuto rubeo incluſum.

185 Montisferrati, num. 46.

187 Delphini, nu. 124. Burgundię comitatus, nu. 105.

188 Clarentiæ, vt Anglię num. 47. addita roſa argentea, tum ſequitur Poloniæ, vt num. 71.

189 Foreſii, Delphin azureus, campo aureo, alio ſcuto Cabillionis zona aurea transuerſa annulo notata azuri, in campo rubeo.

190 Montisferrati, vt num. 46.

191 Gebennarum, vt num. 145.

192 Delphini, & faucigniaci ſcuto partito, vt numero 124. & 159.

193 Auſtrię, vt num. 177.

194 Mediolani, vt num. 138.

195 Conſtantinopolitana aquila, vt num. 60.

196 Sabaudię, addita zona diſſecta ex auro & azuro, vt in cæteris vaudi, tum ſequitur Mediolanum, vt num. 138. & Cabillionum num. 189. ſed ſine annulo, aut alio diſcrimine.

199 Granſonis, zona tranſuerſa azuri argenteis ornata cocleis, ſubſunt tres palli rubri in aureo campo.

200 Montiſlupelli, leo ſanguineus, corona, lingua, dentibus aureis, ſubſunt tres faſcię atrę campo argenteo.

201 Foreſii, vt num. 189.

202 Nouicaſtri, tres palli argentei tribus in cuſpidem trabibus nigris erectis campo ceruleo.

203 Cabillionis, vt num. 189. ſublato annulo. Aliud ſcutum ſarabeuchium leo argenteus, aurea corona, & unguibus aureis ſeptus cerulea planitie.

204 Gaij, ſcutum ſuperiore parte diuiſum, hac argentea ſemileonẽ rubro ſe exerente, inferiore parte cerulea ſex ſerris aureis, ſiue camis colligatis inſtructa.

205 Clarimontis, duę claues aureę in crucem transfixę campo ſanguineo.

206 Henneberg, gallina argentea viridi ſuper monte in campo rubido.

207 Saxonię inferioris, faſcię nigrę affixa in tranſuerſum corolla rubea viridi in aureo campo.

208 Ateſtenſis, ſiue Ferrarię, vt num. 162. Aliud ſcutum de Baucio, partitũ primis duabus crux aurea in rubro, ſecundis cornu venaticum ceruleum in auro, in medio verò ſcutum azuri cum ſtella argentea. At Belluoci, ut nu. 139.

212 Cenę, tres faſciæ nigrę in auro.

213 Adeganiæ, ſtemma Francię cum lambello rubro.

214 Carreto, ſcutum aureum tres palli rubri. Vrteriarum verò ignoratur.

215 Saluciarum, vt num. 116.

216 Pictauij, ſcutum azuri ſex pomis aureis ornatũ ſummitas ſcuti argentea.

217 Thoria, ſcutum aureum, tres zonæ rubrę.

218
219 Camera, ſcutum Francię cum zona rubra.

220 Britannię, ſcutum argenteum maculis nigris, muris pontici infectum, rubeo Herminę.

221 Bohemię, vt num. 71. Iunctum ſtemma Luſignanũ quo faſcię argenteæ & azureę eminente leone rubro, corona, lingua, vnguibus aureis. Tum Borbonum, quod Franciæ eſt cum z[illegible] rubra.

223 Mediolanum, vt num. 138.

224 Tornodorum, vt cabillionum nu. 189. zona [illegible]

225 Sabaudia vaudi, cum lambello azuri. Montisfalconi, ſiue ferretarum, ſcuto rubro, barbatulis piſcibus aureis. Cabillionum, ut num. 189.

226 Mediolanum, ut num. 138. Tum Heu, ſiue Guinarum, ſcutum azuri, leone aureo, teſſerulis aureis circundato diſſecta pars ſcuti argentea, prætexta rubra in Lunas aculeata. Namurcum ſcuto aureo, leone nigro, corona, lingua, vnguibus aureis, zona tranſuerſa azuri.

227 Saxonię inferioris, ut 207. partito ſcuto; ſecunda parte Miſię, vt ſuperius. Tertia Franconię, cuius planities azuri, leone in fascias argenteas & rubras diſſecto, corona, lingua, unguibus aureis. Quarta parte Brandeburgi, ut num. 80. ſuper eminente ſcuto argenteo, cuius caput nigrum duobus ſtrictis enſibus in crucem tranſuerſam innctis prima parte rubra, altera argentea. Inferiore uerò ſcuto, poſt Saxonicum nouum, ſequitur Brunſuicum rubro campo geminis leopardis aureis munito, corona, lingua, vnguibus azuri.

231 Poſt Achaię ſtemma ſequitur Gebennicum, vt num. 145. mox Thorię, vt num. 217.

232 Gebennicum, ut ſuperius.

233 Sabaudia, vt ſuperius.

234 Biturigum ſtemma Franciæ nouum, tria inquam lilia aurea in azuro cum pętexta purpurea lunulis diſſecta.

236 Auſtria, vt num. 177.

239 Brandeburgi, ut num. 80.

240 Bauariæ, ut num. 48.

241 Montisferrati, vt num. 46.

242 Burgundiæ, ſtemma Francię prætexta diſſecta argento, atq; purpura partita in ſcutũ Ducum Burgundię, vt num. 184.

243 Sabaudia, ſeu Achaia, ut ſuperius.

AD PICTOREM.

244 *Montefirratum, vt numero 46.*
245 *Bauaria, vt 48.*
246 *Pomerania, grifonem gerit viridem lingua, vnguibus rubra in campo nubeo.*
249 *Brandeburgum, vt num. 80.*
250 *Bauaria, vt num. 48.*
252 *Cyprus, prima parte gerit Hierusalē, ut nu. 110. Secundà parte, scuti argēteo in campo, leo ruber, unguibus, linguà, coronà aurea. Tertia parte Lusignanum stemma, ut numero 221. Quartà parte, Armenia, leo ruber coronatus munitusq; argento, in planitie aurea.*
256 *Mediolanum, vt num. 138.*
258 *Sicilia, partito scuto, primo stemma Hierusalem, vt num. 110. Secundo Francię addito lambello rubeo. Sequitur Bauarię stemma aureum leone nigro cū Bauaricis tesserulis, ut nu. 48. Tum sequitur Vigtembergum aureo scuto ternis cornubus cerui nigris in fascias ꝑtensis.*
259 *Britannia, ut nu. 220. super addito lambello.*
261 *Malaburgum, partito scuto rubra prima parte cū semiaquila argentea, alia parte pallis aureis & nigris septa.*
Anhald velut Balestendę.
263 *Polonia, vt num. 71.*
164 *Malaburg, vt num. 261.*
265 *Austrię, ut num. 177. Brunsuicz, vt num. 227 sub finem.*
266 *Francię, vt num. 234. purę tamen.*
267 *Scotię, scutum aureum, leone rubro cum prętext. azuri aureis lilijs ornata. Secundum scutum Cypri, vt num. 252.*
268 *Sabaudia, cum pretexta azuri dentata, quæ dicitur Gebenesii, tum sequitur Luxenburgū, ut Boemia num. 71. Tum Britānia, ut num. 220.*
269 *Sabaudia, cum zona azuri. Tum Luxemburgum vt superius.*
270 *Borbonium, vt nu. 221. Poynteurium, siue Brosseū, in area azurij insunt tres fasces spicarum aurei colligati rubris ligulis colligato scuto Britanniæ, ut superius.*
276 *Franciæ, purę.*
277 *Montisferrati, ut 46. Tum Luxemburgi, vt 71. cum prætexta dentata azuri.*
278 *Mediolanum, vt num. 138.*
279 *Longauilla, vt Francię cum lambello argenteo & prætexta dentata argentea, partito scuto aureo, aquila rubra, rostro: unguibus ceruleis, quartum Parteniacum stemma fascijs argenti, & azuri, zona rubra transuersa.*
280 *Luxemburgum, ut 71.*
282 *Iuliacense, stemma rubrum carbunculi radijs globulis, & floribus aureis dimidiato scuto fascia dissecta in quinq; lineas tesserulis quasi fertillo argenteo & nigro.*

284 *Pomeraniæ, vt 246.*
285 *Hassię, ut Thuringię, num. 132.*
286 *Mansfeld, rubra planitie armatus eques argenteus cum claua etiam argentea.*
287 *Hassię, ut 246.*
288 *Brandeburgum, vt 80.*
289 *Saxonia, colligata, ut 227. Tū Hassia, ut nu. 132*
290 *Saxonia, vti superius. Tum sequitur Annemarcum, siue Dania, scuto aureo, tribus leopardis purpureis, argētea lingua, unguib. & corona.*
292 *Mediolanum, vt 138.*
294 *Monteferratum, vt 46.*
295 *Sabaudia, cū pretexta dētata azuri, ut Gebēnesii.*
297 *Tharenti, siue Aragonū, ut 72 cum lābello azuri.*
298 *Nouum Castrum, ut Cabillionum nu. 189. purę, iunctum stēma de Hosperg scuto azuri, pallo dissectis in cuspidū trabib. argenteis et nigris.*
299 *Castroguyonum, stemma primum Cabillionis, vt superius colligatum cū scuto aureo, & cornu venatorio azuri, fibulis purpureis ligato.*
300 *Primum Sabaudię, alterum Luxemburgi, ut 71.*
301 *Nansoij, scutum azuri, leo aureus, corona, lingua vnguibus rubris, tesserulis aureis circūdato.*
302 *Sabaudię primum stemma. Secundum Austrię, ut num. 177. Tum Burgundię, vt 184. Tū Burgundię comitatus, vt num. 105. Et medio scuto aureo leo niger.*
303 *Angolesmeum, scutum Francię cum lambello rubro, associato stemmate Mediolani, ut 138.*
308 *Portugalię, vt 140.*
306 *Gebenesii, vt 295. Cū Aureliano, quod est stēma Franciæ addito lambello, & fascia argentea.*
307 *Medices, campus aureus quinq; globis rubidis, superiore uerò azuri cū lilijs Francię aureis.*
310 *Bauariæ scuto nigro, leo aureus colligata veteri Bauaria, vt num. 48.*
311 *Bauariæ, vt superius.*
314 *Nansoij, siue Araicæ, vt 301.*
317 *Bauariæ, vt superius.*
321 *Sabaudię, vt superius.*
324 *Saxonia vetus, equi argentei, vt num. 11. Et Saxoniæ inferioris, ut 227. Et Angarię scuto argenteo tres triplicatæ Lunę rubrę cum ducatu Chablasii scuto argenteo, leone & tessurulis nigris, & ducatu Augustæ scuto nigro, leone argenteo in medio scuto Sabaudię. Secūdo uerò stēmatę Frācia integra, ut superius*
331 *Sabaudię, siue Gebennesii addatur pretexta azuri, in cruce argentea. Tum Atestensis, siue Ferrariæ, partitum scutū, inferior pars Francię, superior bipartita prima Ferrariæ, vt numer. 162. altera Frāciæ, Itē cū ꝑtexta rubra.*
332 *Valdimontis, siue Lotharingię, vt 19. cum lambello azuri.*
334 *Gebennesii, aut Sabaudię lambello azuri addito.*

AD LECTOREM.

Arbore lustratà, certos vis carpere fructus?
 Perge, vides Comum promere: gustus erit.
Non phaleræ mensis: noua sæpè vocabula sumpsi,
 Dura quidem, firmant sed mage saxa luto.
Non ingressus iter cadet: ibit ab indice ductus:
 Sim malus orator, dum bonus historicus.


Foldout
is too
large to
Photograph

SVCCINCTA PER GRADVS ARBORIS ENODATIO.

PRIMVS GRADVS.



SIGVEARDVM hunc SAXONICAE Gentis caput posuimus: Alios SAXONVM REGES etiam antè salutis annos adduximus. Hic verò ab anno DC.XXXVI. SAXONVM REX constitutus, in Dagobertum Gallorum Regem pugnauit; insignia pulli equini atro colore insilientis, ad sinistram (Germanico more) deferebat. Christianam Religionem nondum profitebatur. Vxorem duxit MILANDAM, filiam Ducis Venedorum, Slauorumvê, à qua filios habuit Theodoricum, & Siboldum, Batildamq́; filiã. Vixit annos XC. Regnauit annis quinquaginta & quatuor. Obijt anno DC.XC. Sic eorũ duntaxat, qui stirpis SABAVDICAE propagatores fuerunt, tempora exprimentur: in cęteris, minus ad inuestigandum curiosi.



SECVNDVS GRADVS.

2 THEODORICVS, SIGVEARDI filius,aduerſus Carolum Martellum REX SAXONVM II. eligitur. In quē bella plurima ſuſtinuit,ferro,auroq; multo hoſtes expulit,qui plus cladiū retulerunt, quā intulerunt.Duxit in vxorē DOBERGERAM filiam Regis Abodritarum: hinc duo liberi, Hedilhardus, & Verdechinus, Hildegardisq; filia. Vixit annos octuaginta: Regnauit annis quinquaginta, plus minus, obijt anno DCC XLIIII.

3 SIBOLDVS frater Theodorici fuit:nulla inde proles ſubſequuta.

4 BATILDA SIGVEARDI FILIA primogenita, vxor Clodouei II. filij Dagoberti Regis Francorum, anno DCCXLV. cui tres liberos peperit. Sepulta apud ſancti Dionyſij fanum.

TERTIVS GRADVS.

5 HEDILHARDVS THEODORICI FILIVS SAXONVM REX III. viuente etiam patre conſtitutus, In Pipinum Martelli filium decertauit eumq; fortiter propulſauit. Vxorem duxerat HEYLAM Reginam Friſiorum. à quà tres liberi, Albro, Vigbertus, & Hermanus.

VER-



VERNECHINVS secundò genitus Theodorici. Dux fuit Egernensis, Angariæ, atque Yburgensium. Duxit Guntheildem filiam Rugorum Principis, ex qua duo liberi, Vitichindus, & Bruno. Ille vnà cũ fratre bella sustinuit in Carlomannum, & Pipinum Martelli Francorum Regis filios. Vixit annos LXIII. Regnauit annis XXIIII. obijt anno D. CCLVIII. 6

HILDEGARDIS Theodæi filia, vxor Comitis Balenstensis. 7

QVARTVS GRADVS.

ALBRO Hedilhardi filius, sacris vndis occultè, nescioque patre perlutus est. Sed ante patrem dies clausit. 8

VIGBERTVS qui primus SAXONIAE Palatinus à patre dictus, sed miserum patrem superstitem habuit. 9

HERMANVS Dux Hegernensis, iuuenili ætate è medio sublatus. Atque ita hæc trium fratrum linea defecit. 10



11 VITICHINDVS Vernichini filius, REX SAXONVM IIII. cognomento magnus, succeſsit Hedilhardo Regi III. patruo, anno DCCLVIII. Vxores habuit duas; Primam GENNAM Daniæ Reginam, Alteram SVATERNAM Bohemam; filios inde habuit tres, Vitichindum Iuniorem, Vigbertum, Valbertum. Bella geſsit in CAROLVM Magnum, deditítius tandem ſe CHRISTIANVM reddidit, nigrantem equum ſtemmatibus in candidum mutauit. Inde ſuppreſſum Regnum, in Ducatum victore Carolo Magno redigitur. Vixit annos LXXXVII. Regnauit annis ſexaginta duobus. Obijt anno D.CCCXX. Sepultus apud Padeburnam.

12 BRVNO VITICH. frater, primus Saxoniæ Dux, vxorem habuit Suxannam Comit. Montisfortis, & Rhotefan. à qua natus Lutpoldus.

QVINTVS GRADVS.

13 VITICHINDVS Iunior Magni filius, Burgrauius ab Ludouico primo conſtitutus in Zoybec. ædificauit Vithin ciuitatem, quæ hodie Vittemberga. Vxorem habuit NILADAM Comit. Rochilen. Liberos genuit Tritaymonem, à quo Principes. Miſnienſes, & Duces hodierni SAXONIAE recta linea deriuarunt.



VIGBERTVS Vitik. primi filius, SAXONIAE DVX, ſacris vndis cum patre luſtratus. Duxit Simicillam Friſiam, à qua filij duo Valbertus, & Lutolphus, filiæ Adelis, Cunindis, & Aleſia. Vixit annos LV. regnauit annis XX. Obijt anno DCCCXI. ſepultus apud Vildeſuſem. 14

VALBERTVS Vigberti frater, nullis relictis liberis obijt. 15

LVTPOLDVS Brunonis filius, Saxoniæ Dux. Duxit Oddam Oſtrofrancam, à qua tres maſculos, Tancardum, Eybertum, Brunonem, filiasque tres, Gibertam, Haymondam, & Ludgardim. Sepultus apud Gunderſam. 16

SEXTVS GRADVS.

TRITAYMO Vittinchindi Iunioris filius Marchio à Vitthin: & Burgrauius à Budzec: duxit Boſtenam Comit: Pleysben, ex qua Dictmarus. 17

VALBERTVS Viberti filius, Dux Egernenſis, & Ringelburg. duxit Rereildem Comit. à Morsburg. Genuit Vindonem. Ab hoc Monteferratenſes Marchiones deriuantur. Sepultus cum patre apud Vildeſuſen. 18



19 LVTOLPHVS Vigb.fil.DVX SAXONIAE,vxorem duxit ODDAM filiam Principis Franconiæ, ſiue Auſtraſiæ,à qua Brunonem,& Othonem habuit,filiamque Maltidim. Vixit annos ſexaginta,regnauit annis quadraginta,obijt anno D. CCCLXXX. Sepultus cum patre apud Vildeſuſem.

20 ADELAIS Abbatt.Quintelburgenſis Cœnobij

21 CVNNIDIS tertia fuit vxor Ludouici Francorum Regis

22 ALASIA vxor Germaniæ Principis

23 TANCARDVS Ludpoldi filius,ſine liberis

24 EGBERTVS frater ſine etiam liberis deceſſerunt

25 BRVNO item ſine liberis,ſubmerſus in oceano

26 GILBERTA Ludpoldi filia,&

27 HAYMONDA ſorores Abbatt.in Ganderſamſio Cœnobio

28 LVDGARDIS vxor Ludouici Francorum Regis,qui Debonayre vulgò, ſiue Clemens,dictus,ſepulta apud Metas.

SEPTIMVS GRADVS.

29 DIETMARVS TRITAYMONIS filius Marchio à Vittin:vxorem duxit Vuildam à Nordringen.Suſcepit Theodoricum filium.

30 VINDO,ſiue Guido Valberti filius, Dux Egernenſis, duxit Heynam Comit.à Scherim,filium habuit Vullielmum.

31 BRVNO Lutolphi filius ſine liberis cecidit in prælio aduerſus Danos.

OTTHO



32 OTTHO, cognomento Magnus Lutolphi filius, SAXONIAE, DVX vxorem duxit LVCARDAM filiam Arnulphi Cæſaris Gallici, ex Caroli Magni progenie. Hinc maſculi quatuor, Henricus, Tangmarus, Luitpoldus, Bruno, filiæ Ricardis & Balba. Poſt Ludouici Cæſaris mortem, electus Imperator, ſed ſceptra recuſauit, cauſatus ſenium, Conradoque Franconię & Lotharingiæ duci reliquit, vixit annos octuaginta tres, regnauit annis quadraginta tribus, obijt anno CM.XVIII.

33 MALTILDIS Otthonis ſoror, vxor Ludouici IIII. Cæſaris, à qua nulla proles. Inde clauſa linea Caroli Magni.

OCTAVVS GRADVS.

34 THEODORICVS, Dietmari filius, Marchio vithinenſis: Burgrauius à Zorbec. duxit inditam Comit. à Vaſſerburg. Ab hac tres maſculi Vithichindus tertius, Immetus, Reguimbertus: & filia Matilda.

35 VVLLIELMVS, Vindonis filius, Dux Egernenſis, vxorem habuit Aychiſam, cuius gentis, non ſatis compertum eſt. filium habuit ALEDRAMVM.



36 HENRICVS,Othonis filius,Auceps cognomine,à Conrado Imperator designatus, anno CMXIX. Vxorem duxit Maltidem, Theodorici Saxonis filiam,à qua filios quatuor suscepit,Othonem,Henricum, Brunonem, Tancardum:filias totidem,Maltidim,Rixiam,Gibertam, Adelaidem. Saxoniam pacauit,Misniam reduxit;vixit annos LX. Regnauit annis XVII. Obijt anno CM.XXXVII. sexto nonas Iulij. Sepultus Quintelburgi vrbe Saxoniæ: in diui Petri Basilicà.

37 TANGMARVS Othonis filius. obijt viuente patre,sine liberis.

38 LVITOLPHVS,viuente etiam Othone patre obijt,sine prole.

39 BRVNO Othonis filius sine liberis.

40 RICARDIS Othonis filia,vxor Leopoldi Sueui primi Marchionis Austriæ,ex qua natus Henricus:à quo progenies diui Lepoldi.

41 BALBA,siue BABA,vxor Henrici Comitis Babergensis.

NONVS GRADVS.

42 VITICHINDVS TERTIVS Theodorici filius,Marchio Vithinen.ex Indita filia comitis Merseburgensis,filium habuit inter cæteros Fridericum.

43 IMMETVS Theodorici filius sine liberis.

44 REGIMBERTVS Theodorici filius sine liberis.

MAL-

MALTIDIS The. filia, vxor Henrici Cæſaris, vt in eo vidimus. 45

ALEDRAMVS Vulielmi filius, circa annum CM.XXXIII. Duas habuit coniuges, GILBERGAM Berengarij tertij Italiæ Regis & villæ filiam. Alteram duxit ADELISIAM, ſiue Allaſiam Othonis ſecundi filiam, anno CM.LXXII. Duos maſculos habuit, Bonifacium, & Guillielmum. Subalpinas illas oras Montisferrati pleno donationis iure ab Othone primo Cæſare adeptus eſt C.M.LXVII. X. Cal. Apr. De eo refutantur carbonariæ fabulę. Inſignia partiti ſcuti ab Othone ſecundo obtinuit in expugnatione Brixiæ: ſiue q à Saxonibus Comitibus ab Aiſamberg. (quaſi mons ferri) qui ea ipſa inſignia deferunt fluxerit. Hinc eam regionem Italię ſibi conceſſam MONTEMFERRATVM appellari voluit, ſiue quòd iam à legione VI. Ferrata dicta temporibus Neruæ Imperatoris ita vocaretur. Itaque primus fuit gentis MARCHIO. obijt anno CM.LXXXVI. Sepultus in Abbatia Graſani. 46



OTHO primus, Henrici filius IMPERATOR Romanorum, regnare cœpit anno C.M.XXXXVI. à IOANNE Pontifice Max. Romæ coronatus anno CM.LXII. vxores habuit duas, primam EDITAM Aetmondi Anglorum Regis filiam. Ex qua Lutolphum, & Vullielmum genuit. Secundam duxit ADALAIDEM, Rodolphi Burgundiæ Italiæque Regis, & Bertæ filiam. à qua nati Otho, Bruno, Henricus, Ludgarda, & Adelais. Lugdunum obſedit. 47

Ludouicum Regem Franciæ tranſmarinum apud Alſatias vicit. Italiam à Berengarij IIII. tyrannide liberauit, rex ipſe ſalutatus. Tunc & Hermano cuidam Biling Saxoniam regendam dedit: Inde Saxoniç Ducem creauit. Tum deficiente ea ſtirpe ad BALESTENDEOS is Ducatus peruenit. Vnde multis retrò annis illa ſtemmata trabium, ſiue faſciarum aurearum prouenerunt, additâ corollâ rutaceâ tranſuersâ, quę pro antiquis veris equi candidi SAXONES DVCES hodie deferunt. Hęc neque hîc prętereunda, fuſius alibi. Vixit annos LXI. Imperauit annis XXXVII. obijt Minleuę anno CM.LXXIII. nonis Maij. Sepultus Mandeburgi, in æde ſancti Mauritij, quem diuum tutelarem habuere Saxones: retinuerunt quoque in hęc vſque tempora SABAVDI Principes.

48 HENRICVS Henr. Cęſaris filius, Dux Bauarię, Rebellis cognomine: duxit Iudicam filiam Arnolphi Ducis Bauarię, ex qua natus Henricus filius. Regnum, ſed fruſtrà, affectauit. Sepultus Quindeburgi in templo diui Petri.

49 BRVNO Henr. Cęſ. fil. Archiepiſcopus Colonienſis.

50 TANGMARVS horum frater, ſagittà in templo occiſus, cùm Cęſari fratri rebellis foret.

51 MALTIDIS, horum ſoror innupta.

52 RIXIA, vxor Rodolphi Bauariæ Ducis.

53 GILBERTA harum ſoror, primùm nupſit Giſelberto Lotharingię Duci; tum Ludouico tranſmarino Francorum Regi, vnde geniti Lotharius Rex Francorum, Carolus Dux Lotharingię. Sepulta Rhemis.

54 ADELAIS, harum ſoror, vxor fuit Hugonis filij Roberti Pariſiẽſis comitis anno CM.XL. à qua natus Hugo Caputius. Inde Francorum Reges prodierunt.

DECIMVS GRADVS.

55 FRIDERICVS Vitichindi III. filius Marchio Vithinẽ. primus Burgrauius Miſniæ, quæ olim Sueuia. Vxor Metolda filia Eicardi principis Miſeni: habuit Dithericum: ab hoc Miſnienſium ſtemma Leonis atri aſſumitur.

56 BONIFACIVS, Aledrami filius, Montisferrati Marchio, qui in ſyluâ aggreſſus inſidijs, venenatâ haſtâ perijt, anno ſalutis CM.LV. ætatis anno ſexageſimo ſeptimo ſine prole.

57 VVLLIELMVS Aledrami fil. fratri ſucceſsit. Vxorem duxit Helenam Gloceſtri Ducis (qui frater erat Ricardi Angliæ Regis) filiam, ex qua natus Bonifacius ſecundus. Longæuæ fuit vitæ.

58 LVTOLPHVS Othonis Cęſaris ex Angla prima filius, Duxit Melchidem filiam vnicam Hermani Ducis Sueuię, eoque priuatus à patre, quòd rebellis eſſet, inde Dux Suauię dictus. Filium habuit Othonẽ. Obijt in Italia: corpus Maguntiam translatum.

59 VVLLIELMVS, Lutolphi frater, Epiſcopus fuit Maguntinus.

OTTHO



60 OTHO SECVNDVS Othonis Cęſ. filius, puer rex ſalutatus à patre menſe Maio anno CMLVIII. coronatus etiam Romę anno CMLXVIII. ex patris aſſenſu. Vxores habuit duas, ANNAM primam Lupoldi Marchionis Auſtrię filiam, ex hac ſuſcepit Hugonem, Alaſiam, & Iudicam. Secũdam duxit Theophaniam Nicephori Conſtantinopolitani Cęſaris filiam, ſiue alijs, Romani, à qua Othonem tertiũ, & fœminas quatuor Vtilaim, Sophiam Adelaim, & Melchidem ſuſtulit. Hic Pariſios obſedit, ſuburbia incendit. Pugnauit in Lotharium Francorum Regem, Hugonem Magnum, & Henricum Burgundum ad Iſaram. Debellauit etiam Saracenos, quorum mors pallida dicebatur. Vixit annos XXXI. Regnauit annis X. Obijt Romę, venenata ſagittà, anno CMLXXXIIII. Sepultus in porticu diui Petri, porphyrite labro, ad leuam ingredientibus.

61 BRVNO Othonis primi filius, ex ſecunda vxore, Agrippinenſis Archiepiſcopus, dictus & Archidux Lotharingię, ſuffectus in locum Conradi generi Othonis.

62 HENRICVS Brunonis frater, ſine liberis.

63 LVDGARDA Othonis primi filia, nupſit Conrado Franconię Duci.

64 ADELAIS HVETO Comiti Pariſiorum nupta Hugonis Magni filio anno CMLX. qui & Rex poſtmodum Francorum anno CMLXXXVII.

65 HENRICVS Henrici filius Dux Bauarię Ezelo dictus patria lingua, quòd

corporis pusilli esset. Rebellis etiam Othoni secundo consanguineo, & ab eo superatus. Duxit Bertam filiam ducis Lotharingię, à qua Henricum, Brunonem & Giselam protulit.

VNDECIMVS GRADVS.

66 DITHERICVS, siue Thietericus, Federici filius, Burgrauius Misnię & Zorbec. Marchio Vithin. duxit Iudicam Comit. Vassenburgen. à quà liberi, Dedus, Eberardus, Ilda, Odda.

67 BONIFACIVS, Gullielmi filius, marchio Mõtisferrati, duxit MARIAM Philippi Francorum Regis filiam, anno MLXX. ex qua Vullielmus: tum senex vxorem secundam habuit Constantiam, primi Amedei Sabaudię comitis filiam, anno MCXV. ex qua Arditius, Henricus. Fundator fuit abbatię sanctę Marię Locedij.

68 OTHO, Lutolphi filius. Vxor nobis adhuc incognita. Filium habuit Brunonem. Hunc in ducatum Sueuiæ Otho II. Imperator restituit, ab hocque processisse duces Sueuię quidam asserunt.



69 HVGO, Otthonis secũdi Cęsaris ex primo thoro filius, DVX SAXONIAE viuo patre constitutus, vt plus vnà parte diuisa tunc erat SAXONIA. vxorem duxit HYNNAM à Scheyrim Bauaram, à qua nati tres, Fridericus, Vlricus, BEROLDVS. vixit annos XIIII. regnauit annis V. obijt viuente

patre

patre, anno CMLXXXIII.

ALASIA Oth. II. filia, vxor secunda fuit Aledrami primi marchionis Montisferrati, iam satis senis, anno CMLXXVIII. vti diximus. 70

IVDICA, trinuba, vxor Vldarici Boæmiæ ducis, tum nupsit Mescouio duci Poloniæ. Tertium habuit maritum Petrum Hungariæ regem. 71



OTHO tertius, secundi ex secundo thoro filius, mortuo patre, & fratre primogenito, vix duodecimum egressus annum, Imperator constitutus anno CMLXXXIIII. Petrus anteà vocabatur. Vxorē habuit MARIAM filiam Sanctij regis Aragonum, quę primùm nupta fuerat Ordinio Legionēsi regi: impudica fuit, ac proinde sterilis. Non tamē à BEROLDO Cęsaris nepote, (vt quidam fabulati sunt) occisa, sed apud Mutinam relegata, tum ob varia adulteria, & cędes commissas flammis damnata. Hic Cęsar Brunonem sui generis, pontificem euexit. Pręclara tot gessit, vt mirabilia mundi sit cognominatus. Tandem misso per insidias veneno à Crescentij vxore perijt. Vixit annos XXXII. imperauit annis XIX. obijt anno millesimo secūdo, XXVII. Ianuarij, ab Italia translatum corpus, pars Aquis grani, pars Augustæ sepelitur. 72

VTILAIS Oth. II. filia ex secundo thoro, fuit vxor Theodorici primi comitis Hollandię. 73

SOPHIA Abbat. in Gardisam. 74

ADELAIS Abbat. in Quitelborg. 75

MELCHIDIS vxor Ezzelmi, Comitis Palatini Rheni. 76



77 HENRICVS Henrici Ezeli filius, Noricorum siue Bauariç dux, post Othonem III, Imperator electus, tunc primũ obseruatà electionis sanctione, idq; anno tertio, supra millesimum. Vxorem duxit SINEGVNDAM Sigiffredi Palatni Rheni filiam, à qua nulla stirps, quòd cęlibes forent. Bis cum Ardoino Valpergense, Eporediẽsium Marchione, iam Italię Rege salutato, apud Subalpinos in campo Fabricę concertauit, Marte primùm ancipiti; anno millesimo secundo, sed anno MXIII. felicius ad Canapitium, Ardoinus superatur. Henricus triumphans ferream coronam, de more longobardo Mediolani sumpsit, mox Romę auream. Cui secundo prelio, Beroldus Saxo interfuit. Plura gessit Cęsar in Vngaros, Lotharingos, Flandros. Vixit annos LII. Imperauit annis XX. Obijt anno MXXIIII. Sepultus Babimbergę, in fano diuorum Petri & Pauli. Is inter diuos habitus, diua & vxor colitur.

78 BRVNO, Henrici frater, primùm Augustensis Antistes, ducta tandem vxore, cuius nomen nondum legimus, dictus SAXONIAE marchio, filiumque habuit Brunonem. Obijt Augustę. Sepultus in Aede sancti Mauritij.

79 GISELLA, horum soror nupsit STEPHANO Regi Hungarię, ex qua Henricus Rex Hungarię progenitus, sepulta in Albensi basilica, quę etiam inter diuas habetur.

DVO-

DVODECIMVS GRADVS.

DEDVS, Dietherici filius, marchio Vithin. Burgrauius Misniȩ, duxit vxores tres, Dietburgam Brandeburgensem marchionem, tum Othillam Comitem Casanelemburgen. denique Bertam Comit. à Groic. Ex quibus nati Thietmo, Theodoricus, Conradus, Gero. 80

EVERARDVS, Dieth. fil. comes ab Hemburg. Vxorem non legi, filium legi Euerardum. 81

ILDA, Burgrauij Misnensis coniux. 82

ODDA, vxor Adaberti Schenchij. 83

GVILLIELMVS III. Bonifacij filius, Marchio Montisferrati. Duxit Mariam, Lotharij secundi Imperatoris, & Saxoniȩ Ducis ex Hermani linea, filiam, à qua Renerium habuit. 84

ARDVCIVS, Guillielmi filius, ex vxore, quam nescio, filium habuit, sui nominis. 85

HENRICVS horum frater. Vxorem ignoro, sed de filio constat Bernardo nomine. 86



BRVNO, Othonis Ducis Sueuiȩ filius, primùm fuit Episcopus Verdensis in Saxonia. Tum anno CMCV. effectus Pontifex Max. dictusque GREGORIVS V. expulsus à Ioanne quodam, fauente Crescentio, inde ab OTHONE III. Cȩsare restitutus. Sanctionem illam tulit, de imperatoria electione per 87

septem

ſeptem viros. Reſtitutus, ſedit annis duobus, menſibus quinque, diem clauſit ſtatim poſt OTHONIS abitum ab vrbe, obitumque, anno MII. menſe Februario. Sepultus in Vaticano.

88 FEDERICVS Hugonis Ducis Saxonis filius: de poſteritate non liquet.

89 VLRICVS Federici frater, ſine liberis.



90 BEROLDVS, Hug. fil. horum frater, Geroldus ab alijs, ſiue BERTOLDVS, marchio SAXONIAE, in monetis legitur; Magdeburgi ciuitate SAXONIAE natus anno CMLXXX. Vxorem duxit HINNAM, ſiue Catharinam Palatinam Scirenſem, anno CMXCVII. à qua Humbertum filium habuit: Hic OTHONIS III. ex fratre nepos, cùm Arelatenſium, Allobrogumque Rex Boſo à Genuenſibus vexatus, opem Cęſaris implorasset, nec per alia bella Cęſar adeſſe poſſet: à Cęſare legatus vicariusq; Imperij mittitur. Et ex quo maior adoleſcentię interueniret authoritas, Aquilam etiam bicipitem ſcuto appoſuit, recluſo in pectore equo Saxonico, vt omnia diplomatibus, nec non certiſsima monetarum fide, comprobata ſunt, idque anno CMXCVIII. BEROLDVS verò Genuenſes expulit, patriam pacauit, Sabaudiam, Maurianam, Beugeſium, aliasque plures oras adeptus eſt. Mortuo BOSONE ſine liberis, Regni Arelatenſis prorex à Rodolpho Burgundię Rege Boſonis ſucceſſore conſtitutus, Manfredum marchionem Secuſinum per alpes Cottias, ſiue Cinitias ſuperauit. Arduinũ Regem ad Canapitiũ (vt

in Hen

in Henrico Cæſare diximus) contriuit. Sabaudo in ſolo, Saxonum primus pedem fixit, Sabaudumque nomen in hæc vſque tempora celeberrimum propagauit. Viderint nunc, quàm fabuloſè Hiſtorici noſtri, Beroldum hunc ab Othone patruo, multatum exilio indignè fingant: Hinc cùm Mōtis quodam comite ſuſcitata varia prælia aſtruant, quòd Auguſtā eius Montis comitis filiam in adulterio depręhenſam, cum adultero Beroldus confodiſſet: quando iam in Othone, de ea, eiuſque interitu viſum fuerit: neque dum per illa tempora, hi Montis comites extarent. Vixit Beroldus annos XLIIIII. regnauit, militauitque annis XXVII. obijt menſe Aprili an. ·IIIIIXXM ou ſub Henrico Cæſare. Sepultus Arelate extra templum diui Honorati, vrnà marmorea, cælatà, & ſtriatà, duabus vtrinque marmoreis aquilis ſeptà.

BRVNO, Brunonis filius, Marchio SAXONIAE, duxit Giſellam filiam Lotarij regis Franciæ. Quæ poſtmodū nupta eſt Conrado Cæſari. Ab hac primùm Bruno ille genuit Lupoldum Marchionem Saxoniæ. Hic vetera SAXONIAE ſtemmata, equum inquam candidum, reſumpſit. 91

DECIMVSTERTIVS GRADVS.

THIETHMO, Dedi filius, primus ex Burgrauio Miſniæ, marchio dictus, & comes Vithinenſis, ab Henrico inauguratus, duxit vxorem Marchionis Maſſouię fil. ex qua, inter cæteros, Conradum genuit. 92

THEODORICVS Thiethmonis frater, ſine liberis mortem obijt. 93

CONRADVS, frater etiam Thiethmonis, nullos habuit liberos. 94

GERO, horum etiam frater, ſine liberis vitam poſuit. 95

EVERARDVS, Euerardi filius, ſine liberis dies clauſit. 96

RENERIVS, Guillielmi tertii filius Marchio Montisferrati, patre defuncto, iuuenis vxorem duxit. de nomine non conſtat, ſed ea fuerat ſtemmatis Sueui: ex ea, filium genuit Gullielmum cognomento Senem poſteà dictum. 97

ARDITIVS, Arditij filius, ſine liberis occubuit. 98

BERNARDVS Henrici filius, omnes ex Montisferrati familia, ſine liberis è vita demigrarunt, ſepultique in monaſterio diuæ Mariæ Locedianæ. 99



100 VMBERTVS, BEROLDI Saxonis filius, comes SABAVDIAE, & Maurianæ: natus eſt Saxoniæ anno CMXCVIII. Vxorem duxit ADELASIAM, filiam Mamfredi, ex regia Caſtellę apud Iberos familia oriundi, quę matrem habuerat Bertam, ex gente Arduini Regis: eoq́ue tandem matrimonio longis bellis datus finis, quę ipſe etiam Humbertus in Mamfredum geſſerat: factusq́ue marchio SECVSIAE, anno MXIIII. Inde nati liberi Petrus, Amedeus, Aymo, Odo, & Elizabet. Amplum apud Pedemontios imperiũ habere cœpit. Conradum Cęſarem Romam proficiſcentem, cum Giſala Auguſta, atque Rodolpho Burgundię Rege Cęſaris auunculo, & Contone Rege Anglię comitatus eſt, atque coronationi per Ioannem XX. Pontificem collatę interfuit: necnon cùm Feudorum leges, Cõradus ille ſanciuit. Mortuo quoque Rodolpho Rege, ſine prole, Regni Burgundici non infimam partem, cum Sabaudia, à Conrado Cęſare retulit. Salaſſos etiam vallis Auguſtę poſſedit, Chablaſios, Agaunos, Sedunenſesq́ue. Eccleſias fundauit dotauitq́ue plurimas, & apud Burgetum Maltacenę in radicibus montis Mummi, ſiue Catti, & apud Noualicium Subalpinũ, & Secuſiam, aliaq; loca. Ob corporis elegantiam, manuum imprimis candorem, Albinanus cognominatus eſt. Vixit annos L. regnauit annis XXII. Obijt Maurianę, apud Hermilionem arcem, anno MXLVII. ſub Hẽrico Cęſare, Conradi filio: Sepultus in proxima ciuitate, in veſtibulo cathedralis eccleſię diui Ioannis, marmoreo ſarcophago, quod extat.

LVTHOLPHVS, Brunonis secundi filius, marchio Saxonię: de sobolo non constat. 101

XIII. GRADVS.

CONRADVS, Thietmonis filius Marchio Misnię, duxit filiam Othonis Bauarię Ducis, ex qua genuit Conradum alterum. 102

GVLLIELMVS senex, Renerij filius, Marchio Montisferrati: vxorē habuit Iuditam filiam, diui Lepoldi Marchionis Austrię. Hinc numerosa soboles: Conradus, Guillielmus, Renerius, Iordana, Alexia. Obijt anno M C. LXXXIII. 103

PETRVS Humberti Saxonis filius, primogenitus dictus MARCHIO SECVSIAE, vxorem duxerat AGNETEM filiam, Gullielmi comitis Pictauiensis, ex Aquitanię (siue vt vulgò) Guinnę sanguine, à qua Agnes filia. Patre viuente mortem obijt, annos natus XXVII. anno MXLIII. 104



AMEDEVS, Humb. fil. SABAVDIAE comes, Maurianęq;, à Beroldo tertius, Marchio Secusię, cognomine cauda, ob frequēs satellitium: natus Secusię anno MXVI. Hinc Pedemontensis in monetis bicipiti aquila insignitis legitur. Vxorem duxit ADELAM (non Ioannam, vt alij volunt) filiam Raynaldi comitis Burgundię, Guillielmique sororem, anno MXXVIII. à qua Humbertum, & Constantiam tulit. Burgundos à Normanorum insultibus li- 105*

berauit. Bertam vterinam sororem, cum Henrico Cęsare collocauit, anno MLXVII. Girelmum Astensem Episcopum, à suis expulsum, sedi restituit, anno MLXX. Ipsum Hěricum Cęsarem ad Canossum, agri Rhegij oppidum cum Gręgorio Pontifice composuit anno MLXXVII. vixit annos LXI. regnauit annis XXI. Obijt Mauriane anno MLXXVIII. Decembri, sepultus iuxta Hub. patrem, prę foribus maioris templi.

106 AYMO Hub. fil. Obijt sine lib. anno MI.

107 ODO horum frater obijt, etiam sine liberis.

108 ELISABET Humb. filia, vxor Gothofredi Comitis Matisconen.

DECIMVSQVINTVS GRADVS.

109 CONRADVS, Conradi filius, Marchio Vithin. & Misnię. Vxorem habuit Luitgardam Alberti Sueuię Ducis filiam, ex qua inter cęteros Othonem habuit propagatorem.

110 CONRADVS Gullielmi senis Montisferratensis filius. Vxorem duxit Isabellam quatrinubam, sororem Isaacij Angeli Peloponesiaci Imperatoris Gręci, expulso per hunc Conradum Andronico, Saladinoque demum eiecto. Hic Hierosolimam armis adeptus est. Iolam genuit filiam vnicam. Obijt Tyri, in medio foro à siccarijs circumuentus, anno MCLXXXII.

111 GVILLIELMVS longa spata, Marchio Montisferrati duxit Sybillam, Almerici sexti filiam, Balduinique Regis Hierosolimitani sororem. Ab ea natus Balduinus. Obijt anno MCLXXV.

112 RENERIVS, Guillielmi frater, duxit Cheramariam filiam Emanuellis Cæsaris, Alexij sororem, anno MCLXXXI. Rex thessaliæ dictus, Cęsarque Cōstantinopolitanus paulò antè obitum salutatus, IOANNES, & mutato nomine vocatus. Obijt sine liberis, anno MCLXXXIII.

113 BONIFACIVS III. Renerij frater Gull. senis fil. post Othonis ex fratre nepotis mortem, ipsum tenuit marchionatum Montisferrati. Vxores habuit, Margaritam filiam Regis Hūgarię, ex qua suscepit Gullielmum, filiamque Alexiam. Secunda vxor, Leonora filia Humberti tertij Sabaudię comitis, vidua Gullielmi comitis Vintemillij, ex qua Demetrium sustulit. Tutelam primùm administrauit THOMAE comitis Sabaudię anno MCLXXXVIII. In expeditione maritima cum Balduino Flandro, Thoma Sabaudo, & alijs interfuit: Cretam tenuit, Venetisque vendidit Tessaliæ. Rex salutatur, anno MCCIIII. Obijt senex apud Sathlatiam anno MCCVII.

114 IORDANA Guillielmi filia, vxor Alexij Constantinopolitani Cęsaris, ob vitę sanctitatem inter diuas relata.

115 AGNES Iordanę soror, vxor Guidonis Guerrę, Comitis Romanię, & Cassentini.

116 ALEXIA harum soror, vxor fuit Mamfredi secundi, Mamfredi filij, Mar-

chionis Salutiarum, à qua Bonifacius, & alij.

AGNES, Petri à Sabaudia Marchionis Secusię, & Agnetis Pictauiensis filia: nupserit, nec ne, incertum est. 117



HVMBERTVS II. Amedęi filius, comes SABAVDIAE, & Maurianę Virtutúq;. A Beroldo quartus natus Maurianę anno MXXXVIII. Vxorem duxit anno MLXVIII. apud Carpentoractum, Gislam, non (vt quidam somniant) Laurentiam. Gisla hęc, filia comitis Venusini, siue Venciensis, ex Barcilonę genere, quod inter Prouincię principes, tunc erat clarissimum, potentissimumque, & ab Aragonum Regibus deducebatur, vt pars stemmatum pallis firmatũ arguit. Ab hac filios habuit Amedeum, Vulheluum, Humbertum, & Renerium, Adelam Reginam Francorum, & Ioannem. Centrones siue Tharentasios, Maurianensibus conterminos recepit, arce Briansonà expugnatà, tyrannisque regulis fugatis. Ab Henrico Cęsare quarto, earum Sabaudiarum regionum princeps confirmatur. Illi transmarinę expeditioni, ad sacrum bellum, Solymasque recipiendas, interfuit, Hugonem magnum Philippi Gallorum Regis fratrem, ac Gothofredum Bullionum Lotharingium, cum instructissima classe comitatus est: anno MXCVI. Victoriarumque particeps redijt anno MXCIX. mense Iulio: cùm à nostris ea recepta est Ciuitas. Vixit annos LXV. regnauit annis XXV. Obijt anno MCIII. XVIII. mensis Octobris sepultus in ciuitate, quę olim Centron, nunc Musterium Tharentasię dicitur, in cathedrali ecclesia diui Petri. 118

CON-

119 CONSTANTIA, Humberti soror, vxor fuit Bonifacij secundi, Marchionis Montisferrati, idque anno MCXV. Idib. Februarij, vt in eo vidimus. Graduum aliquam inęqualitatem, acceleratæ aut retardatæ nuptiæ constituunt.

DECIMVSSEXTVS GRADVS.

120 OTHO, Conradi filius, Marchio Misniæ, & Lusatiæ: duxit in vxorem Heningem Alberti Brandeburgensis filiam, à qua Theodoricus, & Adela, alijq; plures. Hic aurifodinarum inuẽtor apud Friburgum: monasterij Altetij fundator fuit per salutis annum MCLXXX.

121 IOLA, siue Elisa Conradi Ferratensis Regis Hierusalẽ filia (Mariam quidam dixere,) nupsit Ioanni Brennæ, Gallo, gentilitio Gothofredi Bollionis Lotharingij, Regis Hierusalem, assumptis regni titulis, anno MCCIX. Hinc Isabella nata, vxor Federici secundi Imperatoris: ad quem Regnum Hierusalem peruenit, pòst Regibus Neapolitanis in dotẽ datum est. Quibus deficientibus ad Conradi Montisferratensis posteritatem Regni iura, sed ea nuda, redierunt.

122 BALDVINVS, Guillielmi filius, Rex Hierusalem proclamatus, sed obijt in pueritia.

123 GVLLIELMVS, Bonifacij filius: duxit Bertam Bonifacij Crauesanæ Marchionis filiam in Liguribus, vulgò, le langhe. ex qua Bonifacius. Hic Regnum Thessalicum fratri ablatum recuperauit: Sed veneno à Græcis dato, cum vità, regnum amisit: Demetrio fratre prius tamen restituto, qui postmodum eo iterum priuatus est.

124 DEMETRIVS, Guillielmi frater Thessalię Rex testamento paterno, sed in eum Theodorus Lascaris totã Gręciam suscitauit, regnoque expulit, priuatus ad Guillielmum fratrem recurrit: restitutus (vt diximus) vxorem duxit Beatricem filiam Andręæ Delphini Viennensis, qui Andreas ex Burgundionũ Duce Hugone, & Beatrice vnica filia Guiũgonis tertij Delfini natus erat. Obijt sine liberis, anno MCCXXVII. Federicum Cæsarem in regni iuribus hæredem instituit: qui Cæsar post eà, Bonifacio Marchioni Montisferrati, ea cesit iura omnia.

125 ALASIA, Bonifatij tertij filia. Nupsit Federico II. Imperatori: ex qua Conradus. Alij, Manfredo Saluciano nupsisse volunt, sed de sorore Bonifacij intelligendum est. Siquidem Alasiæ illius causa, Federicus ad ea Hierosolimitani iura aspirabat.



AMEDEVS II. Humberti secundi filius, Comes Sabaudiæ, Marchio Secusię, à Beroldo quintus. Natus Mōtismeliani, anno M L X X X. Vxores habuit duas, primā anno M C V I I I. Geldrudam, filiam Simonis Ducis Lotharingiæ, & Geldrudę Saxonicę: à qua nulla proles. Tū anno M C X I I. duxit Maieram, siue Mahaldam, filiam comitis Albonensis, non verò Guidonam, vt volunt alij. Hinc nati Humbertus, Ioannes, Petrus, Adelais Anxilia, & Mahalda. Ab vxore ius amplissimum nactus est in ipsa Albonensi ditione. Primis annis, Guidonem Gebenesij comitem, Sabaudiam depopulantem, absente apud Pedemontios principe, vt redijt, acie ad montem Fabricarum producta, Gebenesium inquam illum, fudit, intenecioniq́ue dedit. Inde loco nomen inditum Stamedei, quod illic stetisset Amedeus. Ab Hērico IIII. Cęsare prorex Arelatensis (vt Beroldus olim) designatus. Comes, Princeps, vicariusq́; perpetuus Imperij vocatus: Annexis Comitatui Sabaudię (quem veluti gentilitium titulis deinceps prępóneret) ditione Maurianensi, Tarentasiensi Belgiensi, Augustæ, Chablasij, Sedunensi, & Subalpina Secusia. Idq́, anno M C X X X V I I. Cōfirmauit Lotharius, alijq́ue demum Cęsares, nec non auxerunt. Cœnobia fundauit Stamedeum, pro victoria in montanis cāpis. Maioreuum Beugesij, de Maierę vxoris nomine: Sansulpicium, Altā combam, ad ripam lacus Burgetei: aliaque plurima dotauit. Iuuasus à Ludouico Francorum Rege fororio, fortiter restitit: ipsamque Galliam inuasit. Sed diui Bernardi Regij legati operà, pax sequuta. Guidonem Crassum Delphineæ familiæ Viennensis, Albonensisque titulos vsurpantem, debellauit, eiusque filium

126

Gui-

Guidonem in acie ad Montemmelianum interemit. Tandem cum Ludouico Francorum Rege, ex sorore nepote, Conrado Cęsare, Guęlpo Cęsaris fratre, Anglię Rege, aliisque proceribus, ad sacrum bellum semel, atque iterum se accinxit: In ipso reditu, Cypri mortem obijt anno MCXLIX. calendis Aprilis. Vixit annos LXIX. regnauit annis XLVI. sepultus in cœnobio Montis sanctæ crucis, non procul Nicosià.

127 GVLLIELMVS, Amedei secundi frater, sacerdotia plura possedit, plura contulit ecclesię Maurianensi. Obiit anno MCXXX.

128 HVMBERTVS, horum frater, multa quoque contulit ecclesiis: de nuptiis, aut prole, non constat. Obiit anno MCXXXI.

129 RENIALDVS, siue Renerius horum frater, sacris etiam deuotus, Mauritianę Agaunensium ecclesiæ vltimus fuit Prępositus. Succesit aliquot aliis intermediis, Bucardo, qui Rodulphi regis Burgundię frater erat, & Aymoni penultimo. Inde illi cœnobio Priores creati, tum Abbates fuere, ipsius Amedei secundi pià munificentià. Obiit anno NCXL. sepultus in ipsà Agaunensi ecclesià.

130 ADELIS HVMB. filia, Amedei secundi soror, nuptui collocatur Ludouico Crasso, Philippi filio, Francorum Regi anno MCXVI. à qua Philippum regem viuo patre, Robertum comitem Druidum, Ludouicum, qui & Rex Francorum, Henricum Bellouacensium Pontificem, Philippum, & Petrum sustulit, Constantiamque Raymondi Tholosatium comitis vxorem. Obiit Lutetię: sepulta in regiis fani Dionisiani loculis, anno MCLII. iuxta mariti cineres, qui rex prius anno MCXXXVII. mense Augusto decesserat.

131 IOANNA Humb. filia, nupsit Guillielmo domino Normanię, qui post Caroli Flandrensis mortem, Flandrię comes euasit, à qua nulla proles.

DECIMVSSEPTIMVS GRADVS.

132 THEODOSIVS, siue Theodoricus, siue Dithericus, Othonis filius, Marchio Misnię: & Lusatię, Comes Vissenfelensis, vxorem duxit Iudicam filiam Hermani Lanthgrauij Thuringię. à qua genuit inter cęteros, Henricum enti s propagatorem.

133 ADELA soror Theodosij, nuptui data Othocharo Bohęmię Regi, vnde Vendislaus Rex, inter diuos habitus: & Agnes vxor Rodolphi filij alterius Rodolphi.

134 BONIFACIVS, cognomento Gigas, Marchio Montisferrati, vxorem duxit Margaritam Amedei III. comitis Sabaudiæ filiã, anno MCCXXX. A qua Guillielmus filius. Obijt anno MCCLIIII. sepultus Locedij.

HVM-



HVMBERTVS III. Amedei II. filius Comes Sabaudiæ, & Maurianæ à Beroldo ſextus, Marchio Secuſię, ac Princeps Pedemontium, natus Auillianæ anno MCXXVI. calendis Auguſti. Relictus à patre ſub tutela Amedei epiſcopi Lauſanenſis viri ſanctiſsimi. Vxores tres habuit. Prima fuit MICHAELA (Maltidam alij dixere) filia Theodorici Alſatei, comitis Flandriæ, & Sybillæ Andegauenſis, anno MCLIII. A qua nulli liberi. Secundam vxorem duxit anno MCLVII. Germannam, ſiue contracto nomine, Annam filiam Bertoldi Ducis Zeringiæ Heluetij, Vantuatum, ſiue Vandentium reguli: à qua vnicam protulit Agnetem filiam. Tertiam habuit Beatricem (non Petronillam, vt alij fingunt) Stephani Comitis Burgundię filiam, anno MCLXXIIII. ea vidua fuerat Ducis Auſtrię: à qua filium habuit Thomam, & Elionoram filiam. Monaſteriorum ſectator, dotatorque fuit, maximè Alpẽſis, Altacombani, magnęque Cartuſię. Arma coactus ſumere in Guidonem tertium Guidonis cęſi filium Delphinum, & comitem Tholoſanum cognomento Talliferrũ, Guidonis generũ, eos hoſtes paternis animis repulit, fuditque, Marchionem Salutiarũ Mãfredũ, vel arbitro Bonifacio Marchione Montisferrati ad clientelę ſacramentũ adegit anno MCLXIX. Alexandri, & legitimorũ aliorum pontificum partes in Federicum Aenobarbum Cęſarem tutatus eſt. Inde Secuſia ab ipſo Cęſare conflagrata, vaſtata Auilliana, tota denique ditio occupata, & direptioni data. Cum ſe bello ſacro accingeret, moritur Camberij anno MCLXXXVIII. quarto Marcij: inter diuos habitus. Vixit annos LI. menſes VII. dies tres. Regnauit annis XXXIX. Sepultus in Altæ

135

Monferrato.

combę cœnobio, quod sibi, & posteris principibus in fatalem sedem eligere voluit: statua marmorea, togata visitur, in claustris, sacelli vestibulo.

136 IOANNES, Humberti frater, valetudinarius, cœnobio diui Antonij inuersi deuotus obijt sine liberis anno MCLXXXVIII.

137 PETRVS Ioannis etiam frater, eam met cum fratre eo in cœnobio vitam egit monasticam; vbi sepulti ambo inter sanctos habentur.

138 ADELIS, Amedei II. filia, Humb. soror: nupsit Andreę Othonis filio, comiti Angleriȩ, Principi Mediolanensi, à qua Galeatius. Obijt sub anno M. CXLVI.

139 ALASIA, Amedei filia, vxor Humberti Bellijoci Principis, à qua Guichardus: obijt anno MCLIX. sepulta in templo Cluniaco.

140 MAHALDA, siue Matilda, materno nomine Amedei secundi filia, nupta Alphonso primo Lusitanorum Regi, Henrici Comitis filio, anno MCXLVII. A qua inter plures natus Sanctius Rex, Regesque alij Lusitanorum prodierunt. Obijt anno MCLXXVIII. sepulta in templo sanctæ Crucis Coimbrię, vnà cum Rege marito.

DECIMVS OCTAVVS GRADVS.


141 HENRICVS, Theodorici filius, Marchio Misnię, primusque Lantgrauius. Tres duxit vxores, Agnetem Bohemam, Constantiam Austrię, postremam à Malthic. Liberos inter cęteros Albertum habuit.

142 GVLLIELMVS VII. Bonifacij quarti filius, habuit vxores duas, Isabellam filiam Richardi Anglici, Comitis ab Herefort. A qua Margaritam sustulit: tum duxit Beatricem filiam Alphonsi Regis Castellę, Toleti, aliarumq; prouinciarum. A qua Ioannem habuit, Alasiam, & Iolandam. Obijt in vinculis Alexandrię, anno MCCXCII.

143 BEATRIX, Bonifacij filia: quadrinuba, primùm nupsit Andreę Burgundo Beatricis Delphinę filio, à qua Guido quartus eius nominis filius, & Beatrix Demetrij iam memorata: secundò iuncta Guidoni Baugiaci Brixięque domino; à qua Sybilla, Amedei quarti Sabaudię Comitis coniux: tertiò nupsit Ioanni domino Castillionis apud Beugesium: tum Petro à Rota, Rotæ, apud Vandenses domino. Obijt anno MLXXIIII.

144 ALASINA, Bonifatij filia, innupta vitam egit.

THO-



145 THOMAS, Humberti tertij filius, Sabaudiæ Comes, Princepsque Pedemontium, à Beroldo septimus. Natus Aquæbellæ, in arce Carboneria, anno MCLXXVII. vigesima Maij, relictus à patre sub tutela Bonifacij Marchionis Montisferrati. Vxorem duxit BEATRICEM, Aymonis Comitis Gebenesij filiam, anno MCXCV. Ab hac filios sustulit nouem, Amedeum, Humbertum, Thomam, Aymonem, Gullielmum, Amedeum iuniorem, Petrum, Bonifacium, Philippum; filias verò tres, Leonoram, Margaritam, Beatricē. Ditionem deperditam recepit, Sedūnis exceptis, quos Henricus Cæsar sibi tunc retinuit. Grādior effectus, & rebus Christianis in Asia inclinātibus, hic à Venetis rogatus adfuit cum quatuor millibus & quingētis equitibus, & octo millibus peditibus selectissimis, idque anno MCCI. Iadera à Venetis recepta, Candia obtenta. Constantinopolis Alexio tyranno sublata. In Bonifacium Monteferratensem, plura sibi tribuentem, quàm in ea societate pacti fuerant, arma sumpsit: Casalem Euasium, Parpanesium, & alia oppida expugnauit: Candiam Venetis vēdere coegit. A Philippo Cęsare auitorū priuilegiorū confirmationē obtinuit anno MCCVII. calendis Iunij, addito Chario, Testona, Melduno, quod quidem & Otho quartus approbauit, eumque vicarium Imperij per vniuersam Longobardiam declarauit, anno MCCIX. In Albigeos hereticos, eorumque fautores Raymundum Tholosatem, & Valdonem Lugdunensem magnis copijs Ludouico Francorum Regi adfuit, huiusque opera, ea sedata lues anno MCCXV. A Federico secundo Cæsare accersitus, totius Italiæ legatus stabilitus est, anno MCCXXVI. Quo etiam anno, huic se vltro Sauonenses, Albigauniq; dediderunt, circunstantiumque

littorum alij populi: sola Nola Genuensibus addicta noluit. Moncallerium ex Testone ruinis, à Mediolanensibus recens extructum expugnauit: Taurinum obsedit, & per agrum Pedemontanum palantes ipsos Insubres consertà manu superauit, nõ procul à Pado, militię ducibus cęsis Humberto Osimo, & Adringueto Marcellino: denique Camberiam vrbem eminenti arce comparata constructaque, emporium Sabaudię, sceptrique sedem constituit. Vixit annos LVII. integros, regnauit annis XLIIII. Obijt Augustę Prętorię anno MCCXXXIII. vigesimà mẽsis Maij Iunij, sepultus in tẽplo maiori ciuitatis: Armatus adhuc spectatur, statuà procerà, ex marmore.

146 AGNES, Thomę soror, cum Ioanne Henrici secundi Regis Anglię filio, & Henrici tertij fratre sponsalitia contraxit, sed inter Hymeneos virgo moritur.

147 ELIENOR, Thomę soror, nupta Guidoni comiti Vintemilij, & Lusannię Marchioni Alpinę, anno MCLXXXIX. secundis nuptiis iuncta Bonifacio tertio Marchioni Montisferrati, anno MCXCVII. Obijt anno MCCXXV.

DECIMVSNONVS GRADVS.

148 ALBERTVS, Henrici filius, Marchio Misnię, Thuringię, Lusatię. Tres vxores habuit, Margaritam Federici secundi Imperatoris filiam, Cunigundam comit. Eisemburgam, Adelaidem comit. à Casel. Ab hoc inter cęteros natus Federicus, gentis propagator.

149 MARGARITA, Guillielmi Marchionis Montisferrati ex primis nuptiis filia, vxor Ioannis Castellę infantis, Alfonsi Regis filij.

150 IOANNES, Guillielmi filius, iustus cognomine, Monsferrati Marchio: vxorem duxit Margaritam, Amedei quarti comitis Sabaudię filiam, anno MCCXCVI. à qua nulla proles. Obijt Clauasij anno MCCCV. Ianuario. Quapropter hęc defecit Saxonica Aledrami linea. Succesit Theodorus Paleologus, ex sorore nepos.

151 ALASIA, Ioannis soror: vxor Poncelli Vrsi, Vrsini filij, patricij Romani.

152 IOLANDA, siue ERYNNA, aut IRENE Gręcis, Ioannis soror, nupsit Andronico seniori Paleologo Imperatori Constantinopolitano. Vnde regnum Thessalicum ad imperium redijt. Ex ea nati Ioannes, Theodorus, Demetrius, & Simonda. Theodorus verò ex Ioannis Marchionis Montisferratensis testamento, illi ditioni succesit, anno MCCCVI. cuius successores, tanquam iam extra Saxones, hic tacebuntur, vt area hæc deinceps integra Saxonię, Sabaudiæque Ducibus solis remaneat. Obijt porrò Iolanda, apud Thessalonicam, ad Dramam oppidulum anno MCCCXVI.

AME-



153 AMEDEVS tertius, Thomæ filius, Comes Sabaudiæ, à Beroldo octauus, Dux Chablasij, & Augustæ primus: natus anno MCXCVII. Montis Meliani. Vxores habuit duas: primam Annam Andreę Delphini, & Beatricis Montisferratensis filiam, anno MCCXXII. A qua duæ filiæ, Beatrix, Margarita. Tum duxit Cęciliam filiam Barralij, siue Beroldi à Baucio, filij Giberti principis Auraicæ & Massiliæ, anno MCCXLIII. Mense Decembri. à qua geniti Bonifacius, Beatrix Iunior, Constantia, & Leonora. Pietate & armis non maioribus cessit; Ducales titulos Chablasij & Augustæ adiunxit; opes, thesaurosque cumulauit; cum Henrico Federici secundi Cęsaris filio per Italiam militauit; ipsius Federici controuersias cũ Innocentio quarto Põtifice maximo arbiter electus sedauit. Ab Henrico Anglię Rege, magnos census adipiscitur: Ecclesijs multa largitus est, veluti Cartusinis mõtis benedicti, Ecclesię Noualisię, Alpium, Chablasij Burgeti, Altecombę, atque alijs. Vixit annos LVI. regnauit annis XXI. Obijt, vbi natus erat Montismeliani, anno MCCLIII. XXIIII. Iunij, diui Ioannis die festo. Sepultus Alte combę.

154 HVMBERTVS Thomę filius, Amedei frater secundò genitus: natus anno MCXCVIII. Obijt in acie apud Prusiam, in expeditione Vngarica, anno MCCXXIII.



155 THOMAS ſecundus, Thomę filius, Comes Maurianę, & princeps Pedemontium à fratre conſtitutus: comes etiam Flandrię & Hannonię, principſque Capuæ. Natus Montiſmeliani MCXCIX. vxores habuit duas; primam Ioannam primogenitam Balduini Comitis Flandrię, Conſtantinopolitani poſtmodum Cęſaris, anno MCCXXXIII. quę vidua fuerat Ferdinandi, ex Luſitaniæ Regibus, à qua nulli liberi. Secundam duxit anno MCCXXXV. Beatricem filiam Thediſi Fliſci Genuenſis primarij, Lauaniæ comitis, qui frater erat Innocentij quarti Pontificis: & quę ſoror Othoboni, qui tandem fuit Adrianus quintus Pontifex: â qua nati Thomas, Amedeus, Ludouicus, Leonora. Ludouico pio Francorum Regi in Anglos adfuit, eosq́; inter ſe conciliauit. Flandris imperauit, legesq́; dedit. Tres quoq; Põtifices cũ Federico Cæſare pacauit: tũ ab ipſo Vicarius Imperij generalis in Longobardia cõſtituitur: cũ Henrico Cæſaris filio, in Italia, bella gerit anno MCCXLI. tandem eccleſiaſtici exercitus dux, ſiue (vt vocant) cõfalonerius, ab Innocẽtio Pontifice eligitur, anno MCCXLIIII. demũ pręſes legatusq́; totius Italię ab ipſo Federico cõſtituitur. Pedemontanã ditionem à fratre comite iure feudi accepit, quã vndequaq; diſciſam reſarciuit, & ſua virtute confirmauit. Pro Taurino in tuto ſtabiliẽdo, diu multumq́; laborauit: ab Aſtenſibus eius ciuitatis ſocijs interceptus eſt, captiuusque factus: eam iniuriam Ludouicus Francorum Rex vindicauit. Obijt anno MCCLIX. calendis Februarij: annis antè aliquot Bonifacij nepotis mortem, cui alioquin ſucceſſiſſet, cuiuſque tutor fuerat teſtamẽtarius. Pręter legitimos, habuit naturales

Ge-

Geraldum,& Benedictum. Vixit annos x. regnauit sua in ditione annis x x v i. Sepultus Altecombę. Hic ille, à quo recta ducum linea erit deducenda.

156 AYMO, THOMAE primi filius secundi frater: in Chablasio ducatu potentissimus, Chillionis, Montis Ordei, Sexiæ, & aliorum oppidorum regulus: Sedunenses, qui defecerant, recipere tentauit: atque ideò in eorum episcopum bella mouit, anno M C C X X X I I I. Obijt cęlebs, & pauperum subleuator, in valle Ilià, anno M C C X X L V I. Sepultus in Xenodochio Villęnouæ, à se extructo.

157 GVILLIELMVS, horum frater, electus fuit episcopus Valentię Allobrogum, legatus apud Gallias, sub Innocentio quarto: Pontificij patrimonij summus administrator: ob liberalitatem, fortitudinemq́, paruus Alexander dictus. Ab hostibus ecclesię interceptus, veneno, quasi martyrio, in vinculis dies clausit apud Asisium oppidum: translatum corpus ad Altam combam anno M C C X X V I I.

158 AMEDEVS, horum frater, Episcopus fuit Maurianensis, ab anno M C C X X. Primà adolescentià plura illi contulit ecclesię, contemplationi deditus: xenodochium leprosis ad ripam lacus Lemani fundauit, & ad pietatem pleraque alia pręstitit: ad annum vsque M C C L X V I I I. peruenisse legitur. Sepultus in ipsa ęde maiori Maurianensi.



159 PETRVS, Thomę septimò genitus, Comes Sabaudię, à Beroldo decimus Duxque Chablasij, & Augustę: Succesit Bonifacio ex fratre nepoti, sine li-

beris defuncto, vt suo gradu videbitur, quem gradum numeri non admittunt, natus est Petrus Secusię anno MCCIII. Vxorem duxit anno MCCXXXIII. Agnetem primogenitam, Aymonis Principis Falciniaci (hi Focui olim populi) cuius etiam hęres fuit. Hinc nata vnica Beatrix. Is ob animi magnitudinem, paruus Carlomagnus cognominatus. Agauni sedem, ac domicilium collocarat, patriam ab hostibus vindicarat, tum ab ecclesię pręsule, diui Mauritij Thębei annulum dono habuit, qui annulus per manus, tanquam supremi principatus arrha, ad successores Sabaudos transferretur, & ad hæc vsque tempora eius annuli ratio habita, religioseque obseruata est. Condaminam iuxta Bernenses, à Ricardo Cęsare obtinuit, anno MCCLIX. eo ipso anno, ab Eubalo Gebennensi iura in eum Comitatum adeptus, quo quidem anno Fretingensem vallem assequitur: ac dimidium Lausanæ Latobrigum, cum Ioanne ciuitatis episcopo, ęquis transactionibus sortitus est, & Sancti liberi oppidum anno MCCLX. cui etiam ciuitati Aymo socer inhęrebat. Aduocatur in Paterniaci oppidi Auoertiam; quod iurisdictionis summę nomen est patrium; sententia arbitraria Geneuę arcem tenuit: Gaij patriam vectigalem sibi reddidit: apud Delphinates ius clientelę ab Alberto Turris regulo exegit, & apud Sebusianos Belliioci principem, pro Dumbarum oris ad id genus officij adegit: ius Comitum Quiburgensium in Vantuates, siue Vaudéses à Ricardo Cęsare assequitur, ad quem sacramenti dandi gratia, insueto vestitu accessit, semiferreo, semiqueaurato. Rogatus, causam reddidit, vt auro Cæsarem ornaret, vt ferro se, suaque defenderet. Geneuã renitentẽ triũphator ingressus est: in Sedunenses exercitum mouit. In Angliã accersitus ab Henrico Rege, & Leonora ex sorore nepte, Comitatum Richensem è vestibulo obtinet, quẽ etiã pingui auxit prouentu. Taurinum, in reditu, expugnauit: in Astenses grauissima bella gessit: pacem tandem inijt: Nautuacum oppidum à Burgundis, liberauit; in Rodulphum comitem Aspurgensem, non semel congressus est. Huic quoque Bernenses sese vltrò submiserunt anno MCCLXVI. vigesimoquinto Nouembris, Strelingensisque regulus. Vixit annos LXV. plus minus: regnauit Comes Duxque annis quinque, Mauritiano annulo Philippo fratri transmisso. Obijt apud Chillonem, anno MCCLXVIII. quarto idus mensis Maij. Sepultus Altecombę.

Geneue arcem sent. arbitraria tenet.

Geneuam ui[?] ingr[?]

160 BONIFACIVS, horum frater, iureconsultus, Theologusque clarissimus, primùm Bellicensis Eiscopus, mox anno MCCXL. Archiepiscopus Cantuariensis, apud Anglos. Obijt anno MCCLXX. decimo quarto Iulij. Sepultus Altæcombæ. Monumentum ex ære integrum extat. ipse sanctitate vitę, inter diuos ascriptus piè creditur, staturæ fuit procerissimæ, vt integer adhuc, & incorruptus non sine miraculo conspiciatur.

PHI-



PHILIPPVS, Tho. primi filius, Petro diem functo ſine maſculis, Comes Sabaudiæ, à Beroldo vndecimus, duxque Chablaſij, & Auguſtæ, necnon Comes Burgundiæ dictus: natus Aquebellæ, anno MCCVII. vxorem duxit anno MCCLXVI. ALEXIAM filiam Othonis Comitis Burgundiæ, qui ex Sueuorum gente, filius erat tertiogenitus Federici Cęſaris: hęc verò vidua Hugonis etiam Burgundię Comitis, à qua nulla proles. Primis annis, ob fratrum multitudinem ſacris deditus, eccleſiæ Lugdunenſis electus fuit Archiepiſcopus, anno MCCXX. atque Valentinenſis, poſt Vullielmi fratris obitum, MCCXLVII. ſed tandem caſtris, quibus natus erat, magis quàm clauſtris, ipſi profuit eccleſiæ, & patrię; Bernenſes, vt anteà Petro fratri, ſic huic ſeſe dediderunt, anno MCCXVIII. menſe Septembri, eumque dominum, & protectorem vocarunt, qui honoribus, atque prouentibus ſupremis liberè frueretur: à Guidone Delphino prouocatus, varia in eum bella ſuſcepit, fœliciterque exegit, infœlicius in Aſtenſes dimicauit, cum Thomę fratri adeſſe cuperet: inde fauſtiores pacis exitus. Brixiam, ſiue Sebuſiam Baugiacenſium teſtamentis, & hymeneis, Sabaudię adiunxit, Dumbarumque clientelam ſibi & ſuis confirmauit: Rodolpho Aſpurgenſi primùm comiti, in Sabaudiam aſpiranti reſtitit, tum reconciliatus, ipſi ad imperium capeſcendum adfuit: ille factus Imperator cum grauius vrgeret à Philippo, iuſtis tranſactionibus repreſſus eſt, ſeruati ſunt Sabaudi, & protecti circunſtantes populi, Geneua inuaſionibus liberata, quæ ideò ſeſe arctius Sabaudo obſtrinxit,

161

Bernenses se dedunt

Successio interrupta.

transigente etiam Roberto episcopo. Morti proximus, Amedeum instituit heredem Thomę fratris secundògenitum, siue quòd primogenitus Thomas tertius prędecessisset, Philippo relicto per ętatem minus ad sceptra sustinenda apto, siue quòd in eum malè affectus fuisset, qui impatiens, ditionem iure suo semper vindicare niteretur. Sic Philippo, Thomę filio frustrato, inter posteros multum diuque controuersum est. Vixit Philippus annos LXXVII. regnauit apud nostros annis XVI. apud verò Burgundos annis XX. Obijt anno MCCLXXXIIII. mense Decembri: Sepultus Altęcombę. Alexia verò vxor prędecesserat Salinis Burgundię, eodem mense Decembri MCCLXXVIII.

162 LEONORA, Thomę illius filia primogenita, nouemque fratrum soror, nupsit Actio, siue Azoni VIII. Atestensi, Obisonis, quinti filio, Veronę, Anconæque Comiti, anno MCCX. à qua genitus Azo nonus: atque etiam prodierunt, qui hodie Ferrarię duces, florentissimi celebrantur, Beatrixque vestalis sanctissima, apud Montem Gemulum sepulta.

163 MARGARITA, Thomæ filia, nupsit Artimano, siue Hermano seniori, Vldrici filio, comiti Quiburgi, anno MCCXVIII. mense Iunio: qui maternum genus ab illo Bertoldo Zeringię Duce trahebat. Obijt sine liberis, Philippo fratre instituto, anno MCCLXXXIII. Sepulta Altęcombę.

164 BEATRIX, Thomæ filia, harum soror, nupsit Raimondo Berengario, Prouinciæ Narbonensis Comiti, ex Aragonum Regibus oriundo, anno MCCXX. quinque Reginarum mater fortunatissima. Margarita harum prima, nupsit diuo Ludouico Francorum Regi, anno MCCXXIIII. secunda filiarum fuit Leonora, nupta Henrico Angliæ Regi, Ioannis filio, anno MCCXXXVI. tertia Sanctia MCCXLI. vxor Ricardi tunc Cornubiæ Pictonumque comitis, postmodum Imperatoris. Qui frater erat Henrici Angli. Beatrix quarta, vxor Caroli Siciliæ Regis, fratris Ludouici illius Galli, anno MCCXLV. quinta Ioanna, vxor Philippi Regis Nauarræ. Obijt mater anno MCCLXVI. Sepulta in oppido Scalarum, templo, quod Hierosolimitanis equitibus sacrarat, marmoreo sepulchro, longè eleganti.

VIGESIMVS GRADVS.

165 FRIDERICVS, Alberti filius, Marchio Misniæ. Vxores habuit duas, Agnetem Carentanam, & Elisabetam ab Arnasch. à qua natus Federicus tertius.

BONI-



BONIFACIVS, Amedei tertij filius, Sabaudiæ comes, à Beroldo nonus, Duxque Chablasij, & Augustæ: natus Chamberij, anno MCCXLIIII. calendis Decembris: relictus à patre sub Thomæ patrui tutela, Cæciliæque matris. Hic Margaritę Flandrię comiti in hosticos illegitimorũ insultus, cũ Thoma patruo opem tulit: ex eo bello vbi redijt, postque Thomę mortem, Taurini expugnandi libidine inflammatus, ciuitatem obsedit. Sed illudente fortuna, captus, & turri inclusus, paucis post diebus, mœrore & pedore dies claudit: cùm seorsum de matrimonio filię ducis Bauarię sermones per legatos haberentur. Vixit annos XVIII. menses duos, regnauit annis nouem, obijt anno MCCLXIII. calendis Februarij. Sepultus in tẽplo Diui Ioannis Mauritanę, iuxta Humberti primi, Amedeique maiorum cineres. 166

BEATRIX, Amedij tertij filia, ex primo thoro, binuba, nupsit primùm Manfredo, Bonifacij filio, Marchioni Saluciarum, anno MCCXXIII. mense Martio, à qua Thomas. Secundò, nupsit Manfredo Lanceę, filio Federici secundi Imperatoris, anno MCCXLVII. mẽse Aprili, Huic ideò Cęsar regnum Arelatense pollicebatur, oramque illam Italię, à Papia ad vsque Ligusticos sinus; porrò Manfredus Rex Sicilię dictus, anno MCCLIII. cęsus apud Beneuentum, in Carolum Andegauum Francum decertãs. Ab eo matrimonio, nata Cõstantia est nupta Petro Aragono, qui in regnũ postmodùm admissus, repulsam passo Andegauo, Gallisq; ad vnum cęsis. Ab eo Reges Siculi prodierunt, & Aragonum longa series. Beatrix verò, obijt anno MCCLXVI. 167

168 MARGARITA, Beatricis soror, ex primo thoro, vxor fuit Bonifacij Gigantis, Marchionis Montisferrati, anno MCCXXX. à qua Guillielmum suscepit, vt vidimus.

169 BEATRIX, Iunior, ex secundo thoro Amedei filia, testamento paterno cœnobio Bituminési deuota fuerat, sed Philippi comitis Sabaudię, & Burgundię tractatu, nupta fuit Petro Bouero, ita dicto, filio Ioannis Burgundię comitis, anno MCCLXVIII. Obijt hęc, anno MCCLXXXII.

170 CONSTANTIA, earum soror, nupsit Emanueli filio Ferdinandi tertij, Hispaniarum regis, fratrique Alphonsi decemi etiam regis, idque, anno MCCLXIX.

171 LEONORA, Bonifacij soror, nupsit Guichardo domino Bellijoci, Ludouici filio, anno MCCLXIX. qui aliquando cũ Amedeo quarto, de successione Comitis Sabaudię Bonifacij fratrij certare voluit, sed transactione sedatur. Ab hac Leonora, & Edoardus prodijt, Bellijoci regulus, à quo demũ Antonius, & Bellijoci Comites, & Dumbarum domini, Sabaudę clientelę eo nomine suppositi.

172 THOMAS tertius, Thomę secundi primogenitus, Comes Maurianensis, & Princeps Pedemontium. Natus apud Augustam Prętoriam, anno MCCXLVIII. mense Nouembri. Ad quem, comitatus iure primogenij, vel suos spectabat, nisi vis legibus facta fuisset, aut ita tẽpora postulassent. Vxorem duxit anno MCCLXXIIII. Guyetam Hugonis comitis Burgundię filiam, & Alexię, quę Alexia secundis nuptijs Philippo Comiti Sabaudię nupserat, vt visum est: cuius, & Guyetæ fratres erant, Oddo Comes Burgundiæ, Renaldus comes Salinarum, atque alij. Ab hac Guieta filios suscepit sex, Philippum, Petrum, Lancellotũ, Amedeum, Thomam, Guillelmum. Hic Petro Boero Cabillioneo, Sabaudiam iure vxorio iuuadenti obstitit, Bugiacam patriam, Valromæsium, Gordanumque obtinnit, Humbertum Turrianum Delphinalem. ad sacramenti pręstationem flexit, Gullielmum Montisferrati Marchionem in Hispaniam proficiscentem per Delphinatem agrum prosequutus, captiuum iure belli apud Valentinenses fecit, grauique ęre multauit, & ab eo Taurinum occupatum recepit. Vixit annos XXXIIII Obijt apud SanctumGenisium, anno MCCLXXXII. Idibus Maij, viuente Philippo Patruo, Comite Sabaudię, quem cum morte pręuenisset, & in infantia liberos reliquisset, illi succedere non potuit, flexa primogenitурę linea: translatus, se iubente, sepultusque legitur in editissimo templo Abbatię diui Michaelis stellati, quo de extat inscriptio.

AME-



AMEDEVS quartus, Thomæ secũdi filius, comes Sabaudiæ cognomento magnus, ob pręclara facinora, à Beroldo decimus, Dux Chablasij, & Augustæ. Nascitur apud Burgetum, anno MCCXLIX. quarto Septembris. Is Philippo patruo ex testamento successit, pręmortuo Thoma fratre primo genito, & eius liberorum tutelam (ne ad debitum regnum eleuarentur) apprehendit, ita suadente patruo, & iubente. Comesque eo viuo proclamatus, est, ad quod postmodum Guieta Burgunda Thomę vidua, coacta assensit. Vxores duxit tres, primam Isabellam filiam Guidonis Baugiaci, Brixięque principis, & Beatricis Momferratensis Delphinę, idque anno MCCLXXII. à qua liberos suscepit masculos tres, Edoardum, Aymonem, Ioannem: filias totidem, Bonnam, Beatricẽ, Leonoram. Secũda ducta vxor, anno MCCXCV. Alexia, Humberti Turriani, & Annę Delphinę Viennensis filia: à qua nulli liberi: Tertiã habuit Mariam filiam, Antonij Ducis Brabantiæ, & Limburgi, Ioannisque Ducis sororem, Henrici verò Cæsaris septimi sororiam, idque anno MCCCIIII. à qua filias suscepit sex, Bonnam, Beatricem, Mariã, Catarinam, Blancam, Ioannam. Sebusianos populos, vbi nunc Brixia, inter Ararim & Indum flumina sitos, Philippi patrui ope, Sabaudię adiunxit. Huic Bernenses de maiorum more, imperij summam tradiderunt. Geneuam pleniore iure possedit, & Vicedonnus, authoritate etiã Cęsarea salutatus; Humbertum Delphinum non semel bello superauit: Falciniacum adeptus est: Alberto Austriaco in Adolphum, de imperio contendentem, adfuit, cùm maximè Adolphns in acie cęsus est. Edoardo Angliæ Regi, in Scotos suppetias

173

Bernenses
Geneua Vicedominus.

oppor-

opportunas tulit,ingen∫que honorarium annuũ retulit: Gullielmum Montisferrati Marchionem per Subalpinos debellauit, & Mamfredum Salutianum in officio veteris clientelę continuit, post Gullielmi mortem, Ioannis∫que filij vltimi Monteferratensium,anno MCCCVII.à multis inuitatus eam vt ditionem masculis destitutam apprehenderet, continuit: nec Paleologis testati iure aspirantibus,iniuriam fieri passus est. Henrico octauo Luxemburgeo Cęsari,qui sibi Aelius,siue fratrius erat, assiduus per Italiam comes fuit. Astam ciuitatem ab eo primùm ex empto retulit. Ad orientem nauigans,Rhodum insulam Hospitalarijs militibus seruauit, fugato Othomano Turca,anno MCCCX.mense Augusto,in cuius faustę victorię monumentum,pro maiorum aquilis stemma crucis candidę rogatus,ad pietatem assumpsit,Cęsare annuẽte,quod stẽma etiã Longobardorũ Regibus peculiare fuit,quibus Ioannes Baptista diuus tutelaris erat,hoc crucis insigni notus: quo etiam anteà eam ob causam Sabaudi in pręlijs, & sigillis vsi aliquando fuere,quasi Longobardorum in Italia ferè successores, vt in historia fusius. Post Henrici Cęsaris obitum Pisis ad imperium ab Italis inuitatus, electus∫que anno eiusseculi XIII.mense Augusto,illud modestè recusauit.In patriam rediens, multa bella in Delphinum,& alios confecit, Ciuitatem Malileporarij in Gallia,alias∫que arces, & palacia à Philippo longo, Ludouici fratre obtinuit,anno MCCCXVIII.à nullis non expetebatur, ornabaturque regibus.Cęterũ cum ad Ioannem Pontificem,pro ope imploranda in Turcas, qui Andronicum Cęsarem Sabaudi generum solio expulerant, accessisset, mortem obijt Auenioni,anno MCCCXXIII.decimo sexto Calendas Nouembris,translatus ad Altęcombę busta gentilitia,vigilia Simonis, & Iudę. Vixit annos LXXIII.menses XI. dies II.regnauit annis XXXIX. Sybilla prima vxor, obijt septimò Idus Februarij MCCXCIIII.Alexia obijt, anno MCCC.Idibus Octobris,Maria verò Brabantia,anno MCCCXX. secũdò nonas Ianuarij.Naturalem habuit, Artus nomine,strenuum equitem, qui in bello sacro cecidit.Sepultus Bithinię in templo Gręcorum diui Panthaleonis,cuius Artus extat adhuc epitaphium.

174 LVDOVICVS,Thomę secundi filius, Amedei quarti frater, Baro Vaudi,natus anno MCCL.mense Octobri:vxores tres habuit,primam Adelinam filiam Matthei secundi Lotharingię Ducis, & Catharinę Luxemburgeę, à qua nulla proles:secundam Ioannam filiam Philippi à Monteforti, viduam Guidonis comitis Forensis, à qua Ludouicus, Petrus, Catharina, Blanca, Isabella,Laura,Alienor,Margarita,Ioanna, Beatrix. Tertiam duxit Isabellam ab Alueto Neapolitanorum principum,viduã Caroli à Mirloto Druesti in Sicilia reguli,à qua nulli liberi. Hic fuit per omnia bella Caroli secundi Andegaui, Sicilię Regis fidissimus comes. Obijt apud Neapolim, anno MCCCI.mense Ianuario,vixit annos LI. Sepultus in templo diui Petri ab Ara,translata postmodùm ossa ad Alta combam, vbi statua marmòrea &

&vl-

& vltimæ coniugis visitur.

LEONORA, Thomæ secundi filia, horum soror, vxor fuit Ludouici filij Renaudi, siue Renerij comitis Forēsis, anno MCCLXX. à qua nati Guichardus, Humbertus, Thomas, & plerique liberi. Obijt anno MCCXCVI. Sepulta apud Villamfrancam, in Franciscanorum templo, propè altare maius. 175

BEATRIX, vnica filia Petri comitis Sabaudiæ, & Agnetis Fauciniacæ: nuptui tradita Guidoni, Andreæ filio, Delphino Viennensi, comitique Albonensi, à qua prognati liberi Ioannes, Anna, & Catarina, qui ideò Fauciniacam ditionem possederunt. Postmodum Ioanne filio præmortuo, anno MCCLXXXII. mense Septembri, nupta est Anna filia, Humberto Turriano, qui ab vxore Delphinus salutatus: Secūdò nupsit hæc Beatrix Gasconi Vicecomiti Bearriensi, domino Montis cuchi, & Castri veteris, qui eam aduersus generi Turriani iniurias protexerat: quo vita functo vidua, ad Amedeum Sabaudiæ Comitem quasi angorum anchoram, senijque scipionem confugit, cui donatione contulit, quod poterat. Dies clausit anno MCCCX. vndecimo calendas Maias. Sepulta apud Melans monasterium, quod fundarat. 176

VIGESIMVSPRIMVS GRADVS.

FEDERICVS tertius, Federici secundi filius, Marchio Misniæ, vxorem duxit Melchidim, Ludouici quarti Cæsaris, Bauariæ Ducis filiam: à qua natus Federicus quartus, & Anna, alijque plures, qui exindustria omittuntur, contentus nunc ad rectam lineā ipsorum Saxoniæ Ducum tendere, cognatamque eam, Sabaudicæ huic nostræ proximare. Federicus hic electus in Cęsarem post Ludouici quarti mortem, fortunę imperans, Imperium recusauit. 177

PHILIPPVS, Thomę tertij principis Pedemontium filius, ipse quoque Princeps Pedemontium, Achaię, & Moreę, pupillus relictus à patre sub tutela Amedei quarti postmodum comitis, vt visum est. Hic trigamus fuit primam vxorem duxit, Catarinam filiam Alberti comitis ab Habspurg filij Rodolphi quoque Cęsaris, à qua nulla Sabaudo proles obtigit. Et cum ad orientem nauigasset, tractatu Bonifacij Pontificis vxorem secundam duxit Isabellam filiam Guillielmi à Villa principis Achaię, & Moreę (olim Peloponessus regio vocabatur) inde nata primum Margarita, tum Iacobus, Amedeus, Thomas, Edoardus, Aymo, Isabella: Ab hac secūda vxore patris hęrede, iura nactus est Philippus ipsius principatus Achaiæ, quo tandem armis potitus est, & diu possedit. Tertiam vxorem duxit Catharinam filiam, Humberti Delphini Viennensis, Ioannisque Delphini sororem, à qua filias habuit Alexiam, Leonoram, Ioannam, Beatricem, Agnetem: Ob ius primogenij, diu multumque in Amedeum comitem, de Sabauda ditione con- 178

certa-

certauit,sedatę demum cōtrouerſię. Ab Aſtenſibus bis vocatus adfuit,& diu imperauit: Sub Henrico Cęſare multa bella fœliciter obiuit. Diem verò obijt Pineroli,quinto Cal. Octobris. M C C C X X X I I I I. ſepultus in ęde Minoritarum. Vixit annos ſexaginta quatuor, dominatus eſt ſub ſceptris Sabaudię comitis,annis quinquaginta duobus. Pręter legitimos,naturalem filium habuit Antelmum,cui Collegium municipium(vulgò colla)in feudo contulit, à quo hodierni Collegij comites prodierunt.

179 PETRVS, Thomę tertij filius, Philippi frater, Archiepiſcopus fuit Lugdunenſis,comesq́ue eius ciuitatis dicebatur, cuius authoritatem accerrimę tutatus in ipſum etiam Francorum Regem Philippum bellum cognomine: Sabaudo fauit comiti in bellis Delphinéſibus,& ſemper pacis author. Vixit annos L I I I. obijt anno M C C C X X V. Lugduni conditus in æde maiori.

180 LANCELLOTTVS, ſiue Lancelinus, Thomæ tertij filius, horum frater, legitur per annum M C C C X X I I I I.& ita vixiſſe potuit annos L. plus minus, vita cœlibe, naturalem habuit Hugoniuum dominum Baratonię, Lemiarum,& Vſellarum.

181 AMEDEVS, Thomę tertij filius, paterno teſtaméto, anno M C C L X X X X I I. inſtitutus in legitima.

182 THOMAS, etiam teſtamento inſtitutus legitur.

183 GVILLIELMVS item, eo teſtamento non pręteritus: nec de his tribus conſtat vltra annum M C C X C I I I I. vt pręmatura morte ſublatis.



148 EDOARDVS, Amędei quarti filius, comes Sabaudię à Beroldo X I I I.

duxque Chablasij,& Augustę,natus Baugiaci anno M C C L X X X I I I I. octauo Februarij. Vxorem duxit Blancham filiam Roberti Burgundiæ Ducis prædefuncti,& Agnetis filiæ diui Ludouici Francorũ Regis, anno M C C C V I I. quæ soror fuit Ioannæ Reginæ Francorum,Philippi vxoris. A Blancha verò vnicam filiam Ioannam edidit.in Gebennensem comitem,atque Delphinum prælia varia sustinuit,& absoluit:Geneuam renitentem expugnauit:Delphinum sæpius debellauit.Gallo in Flandros,& in Anglos suppetias opportunas tulit:Bernenses ob strenuè in prelio Delphineo nauatam operam,liberos dimisit:ipse sui,suęque rei profusissimus. Vixit annos X L V. menses I X. regnauit annis sex. Obijt Lutętiæ Parisiorum,anno M C C C X X I X. pridie nonas Nouembris: translatum ab Aymone fratre corpus apud Altamcombam, Blanca verò vidua mortem obijt X V I I I. Iulij M C C C X L V I I I. Naturalem habuit Humbertum dominum Altiuilarij.



AYMO,Amedei quarti filius Edoardi frater comes Sabaudiæ à Beroldo decimusquartus,Dux Chablasij,& Augustæ,natus Burgi Brixię Sebusianorũ, anno M C C X C I. X V. Decẽbris. Fratri sine masculis decedenti,lege Salica, priscisque conuentionibus succedit,accepto Mauritiano annulio. Vxorem duxit Iolandam primogenitam Theodori Paleologi, Marchionis Montisferrati,anno M C C C X X X. pacto disertè apposito, quod & testamento confirmatũ est,vt deficientibus masculis Paleologis, masculi Sabaudi, qui inde prodirent,primogenij iure seruato ditioni Montisferratensi succederent. Ex eo thoro prodierunt Amedeus,Ioães, Blancha, Catherina. Hic frugi à fra-

185

Mons ferraty

tre distracta in integrum restituit, Delphinea bella gnauiter prosequutus est. Atq; nisi Frãcus Delphinum amplexatus fuisset, & ditionẽ sibi, suisq; primogenitis comparasset, hæc Sabaudiæ iustis de causis plurimis ex maiorum supremis tabulis accressebat: Philippum ipsum Francorum Regem in Edoardum Anglum ad Cressiacum magnis copijs tutatus est. Pietatis cultor varia templa extruxit & ditauit. Vixit annos LI. menses sex, dies nouem. regnauit annis decẽ, & quatuor. Obijt Montismeliani XXIIII. Iunij anno MCCCXLIII. de more conditus Altecombæ. Præter legitimos, naturales habuit Hubertum, Ogerium, Amedeum, & Ioannem, à quibus nulla proles. Iolanda verò vxor obijt in partu filiæ XXIIII. mensis Decembris eius anni quadragesimi quarti.

186 IOANNES, Amedei filius, ex primo thoro Sybillæ. Obijt infans, anno MCCXCIIII. nonis Ianuarij, sepultus Altæcombæ.

187 BONNA, Amedei filia, Aymonis soror, nupta primùm Ioanni Delphino, Guydonis, & Beatricis Sabaudę filio, à qua nulla proles. Huic Ioanni, Anna soror successit. Bonna verò, secundò nupsit Hugoni fratri Othonis comitis Burgundiæ: de liberis non constat. Obijt anno MCCC.

188 BEATRIX, Amedei filia, Bonnę soror, desponsa & destinata fuerat primùm Gullielmo filio Amedei comitis Geben: sed hic Agnetem sororem duxit, vt mox videbimus. Hęc verò nupta duci Clarentię, quo viduata nupsit secundò, Bohemię & Polonię Regi Henrico, anno MCCCXXVII. obijt anno MCCCXXX.

189 ALIENOR, siue Leonora, Amedei filia, harum soror ex primo thoro, binuba: primùm vxor Ioannis comitis Forensis, anno MCCXCI. tum vxor Gullielmi à Cabillione comitis Altisiodorensis. Obijt anno MCCCXXV.

190 MARGARITA, Amedei filia, harum soror, desponsata primùm fuerat Ioanni filio Humberti Delphini, non tamen absolutis nuptijs, collocata est cum Ioanne Marchione Montisferrati, anno MCCXCVI. à qua nulla stirps. Ac proinde masculina linea deficiẽte, ad Paleologos deuenit, anno MCCCVI. vt visum est. Illa verò anus pertigit annum MCCCXLIX.

191 AGNES, Amedei filia harum soror, nupta Gullielmo filio Amedei comitis Gebenesij, anno MCCXCVII. mense Septembri, à qua natus Amedeus. Obijt anno MCCCXXII. quarto mensis Decembris. sepulta Altæcombæ.

192 MARIA, Amedei filia, vxor Hugonis, secundogenita Humberti à Turre Delphini, fratrisque Ioannis Delphini, pace inter eos ideò icta, anno MCCCIX. Atque dictus dominus Falcigniaci. Obijt apud Aquianum, sine liberis anno MCCCXXXV. institutis hęredibus Aymone comite Sabaudię fratre, & Maria Brabantia matre.

193 CATHARINA Amedei filia, vxor fuit Lupoldi Ducis Austriæ, Stirię, Suæuiæ, Carinthiæ, Morauiæ, Lantgrauij Alsatiæ, & is, qui cognominatus

glo

gloria militum, Alberti Cęsaris filius, fraterque Federici tertij Cæsaris, â qua filię duæ, Catharina, & Agnes ducibus Silesiæ coniunctę. Obijt hæc anno MCCCXXVI.

BLANCA, Amedei filia ex tertio thoro, nupsit Galeatio Vicecomiti, Matthæi filio, Mediolanẽsium principi, à qua Azo, Luquinus, Marcus, Ioannes Cardinalis. Obijt anno MCCCLVII. 194

IOANNA, siue Græcis Anna, Amedei filia, collocata est cum Andronico tertio Paleologo Imperatore Constantinopolitano, à qua Ioannem, & Manuelem habuit. Obijt anno MCCCXLV. sepulta Constantinopoli. 195

LVDOVICVS II. Ludouici primi filius, Baro Vaudi, vxores duas habuit, primam Catharinam filiam Galeatij Matthei filij, Mediolanensiũ principis, à qua nulla proles: tum vxorem duxit Isabellã filiã Ioãnis à Cabillione, domini Arlati, à qua filios suscepit Ioannem, & Catharinam. Hic summum senatoris magistratũ Romę fœliciter administrauit, bella plurima gessit, in Delphinos, Gebennenses, Basilienses, atque alios pro Sabaudo tuendo imperio. Denique Frãco in Anglum armatus adfuit. Testamẽtarius tutor Amedei viridis fuit. Vixit annos LXVIII. dominatus est sub Sabaudię quatuor comitibus, annis XLIX. Obijt anno MCCCL. sepultus Altęcombę. 196

PETRVS, Ludouici primi filius, vxorem non duxit, armis deditus Cęsarem Henricum etiam per Italiam sequutus, in conflictu Romano postquàm strenuè pugnasset, cecidit anno MCCCXII. annos natus viginti sex Romę sepultus in diui Petri Basilica. 197

CATHARINA, Ludouici primi filia, horum soror, parentum testamentis dotata, innupta, obijt anno MCCCV. 198

BLANCHA, Ludouici primi filia nupta Gullielmo domino Grandisonis, & sanctę crucis, à qua Otho à Grandisono. 199

ISABELLA, Ludouici primi filia, vxor Berardi à Montelupello, à qua Humbertus, (qui sororem Humberti Delphini duxerat) Guido, Bramondusque à Montelupello. Obijt sub anno MCCCVI. 200

LAVRA, Ludouici primi filia, vxor Ioannis comitis Forensis, à qua nati Guydo, & Renaudus. 201

ALIENOR, harum soror, nupta Rodolpho Amedei filio, comiti Noui castri, Nindoni, & Friburgi: ab hoc matrimonio Ludouicus, & Theobaldus prodierunt. Obijt anno MCCCXXXV. 202

MARGARITA, harum soror, binuba, (præter quòd sposponsa fuerat Hugoni Delphineo domino Falcigniaci, sed non absolutũ matrimonium.) Primus vir fuit Ioannes, Stephani Cabilliõẽsis filij, dominus à Vannorry, qui frater erat comitis Altisiodorensis, idque anno MCCXCIII. à qua natus Ioannes Cabilliõẽsis, Arlesij, & Cusellę regulus: secundus vir fuit Symondus Ioannis filius, comes Salaburgi, Commerceięque à Nassonijs principibus oriundus, nuptię celebratę, anno MCCCIX. nati inde liberi Ioãnes, Mahalda, 203

Ioanna, Mentia. obijt anno MCCCXLIIII.

204 IOANNA, siue Ioanneta horum soror nupsit Gullielmo à Genuilla, Gaij domino, Hugonis filio: hinc nati Hugo, & Hugardus. Obijt anno MCCCXXXVIII.

205 BEATRIX, Ludouici etiam primi filia, harum soror, iuncta fuit Aymaro, domino Clarimontis, à qua natus Edoardus à Claromonte. Geminę sunt eius nominus familię, vna apud Ambosianos, alia apud Delphinates Thalardeos: vtraque clarissima, cuius hic Aymarus, non liquet. Obijt anno MCCCXXXVIII.

VICESIMVS SECVNDVS GRADVS.

206 FEDERICVS quartus, Federici tertij filius, cognomento Strenuus, Marchio Misnię, vxorem habuit Catharinam comitem ab Henneberg, à qua genuit Federicum primum electorem imperij, Georgium, Vullielmum, & Vullielmum secundum.

207 ANNA, Federici soror, vxor fuit Rodolphi Saxonię Ducis.

208 IACOBVS, Philippi filius, & Isabellę Achaicę, princeps Pedemontium, Achaię, & Moreę: vxores tres habuit, primam Beatricem Atestensem, filiam Renaldi Marchionis Ferrarię, secundam duxit Sibillam à Baucio, à qua Philippum produxit. Tertiam verò Margaritam, filiam Edoardi domini Belli ioci anno MCCCLXII. à qua Amedeus, & Ludouicus editi sunt. Cum Humberto Delphino, pro finibus Perusię cōtrouersias habuit: in Ioannem Montisferrati marchionem Theodori filium, bellamouit, conflictus ingens apud Strambinū initus: Charienses incolumes seruauit, qui ideò sese vltrò Sabaudo nomini dediderunt: Eporedienses, Monteregalenses, aliosque, qui defecerant, recepit: ipsum Ioānem ad singulare certamen vocauit, Salutianum ad obsequia clientelaria adegit: cum Amedeo supremo comite Sabaudię simultates quasdam gerere visus est, ideoque feudis priuatus: sed reconciliatus restituitur, iure clientelę Sabaudo comiti pręstito. Vixit annos LXIIII. dominatus est sub comitibus Sabaudię, annis XXXII. obijt anno MCCCLXVI. XVII. Maij: sepultus Pinerolij, iuxta patris cineres. Pręter legitimos, naturalem habuit filium Antonium, cui castrum Buschę superioris in feudum dedit, cuius posteritas adhuc extat, sub Moreę cognomine.

209 AMEDEVS, Philippi filius, Iacobi frater, electus fuisse legitur primis annis episcopus Maurianensis, anno MCCCXLIX. sacratus demū, eam ecclesiā fœliciter rexit, & in ea sepultus. mortem obijt anno MCCCLXVIII.

210 THOMAS, Iacobi frater, episcopus fuit Taurinensis, anno MCCCIX. in templo diui Ioannis Taurini sepultus.

211 EDOARDVS, Iacobi frater, primū fuit monachus ordinis sancti Benedicti, nō alicuius dignitatis, sed pietatis solæ gratia: aliquot post annos Bur-

geti

geti prior, tum abbas Secusię: inde Sedunēsis, demū Bellicensis episcopus, In hunc Sedunēses insultarant, sed eis ab Amedeo Rubro comite pacatis, restitutus est, inde Tharentasiensi metropolitanę ecclesię pręfuit: vti Cardinalitio galero donabatur, Obijt anno M C C C X C. mense Februarij, Musterij sepultus. In eius funere orauit Sauinus Florianus episcopus Maurianensis doctissimus.

AYMO, Philippi filius, horum frater dominus Combævienne, Villęfrancę, aliorumque locorum, vxorem duxit Mentiam filiam Georgini ex Marchionibus Cęuę, patrię Pedemōtię. Pro Amedeo & Ludouico nepotibus ex fratre, gubernacula gerebat: decessit sine liberis, anno M C C C X C V I I I. mense Martio, cui Ludouicus ex fratre nepos successit. Sepultus in templo Villęfrancę Subalpinæ. 212

MARGARITA, Philippi à Sabaudia & Isabellæ Achaicę primogenita, nupta anno M C C C V I. adhuc infans Carolo secundogenito alterius Philippi, qui se Regem Hierusalem, & Sicilię dixit, reluctante Roberto fratre: hic quidem dicebatur princeps Tharenti, & Despotus Romanię. Cuius Caroli, sanguis Andeganus. mater verò filia comitis Valesij, sororque Philippi septimi Francorum Regis, ab hac nulla proles, mortē obijt anno MCCCXXXI. 213

ALEXIA, Philippi filia, nupsit Mamfredo à Careto, Marchioni Sagonæ, siue Sauonensi, aut Sabbatio: quo defuncto, secundum habuit virum Anselmum ab Vlterijs. Obijt anno MCCCLXVIII. 214

LEONORA, harum soror, vxor fuit Mamfredi marchionis Salutiarum, Mamfredi filij, à qua nati Thomas, Galeatius, Vgoninus, à quibus Farillianei & Cardetei prodierunt: obijt anno MCCCL. 215

IOANNA, harum soror, nupta Amedeo à Pictauia, Amedei filio, hic frater erat Aymari à Pictauia comitis Valentinensis, & Diensis. Obijt anno MCCCLII. 216

BEATRIX, harum soror, collocatur cum Humberto filio Humberti à Thoria, domino Villarij, obijt anno M C C C X. sepulta in monasterio sancti Eugendi. 217

AGNES, harum etiam soror, vxor fuit Petri à Camera Maurianę vicecomitis, filij Richardi. 218

ISABELLA, harum soror, nupta Ioanni à Camera Petri filio, ex primo thoro, à qua Ioannes alter. Obijt anno M CCCLXXVI. 219

IOANNA, Edoardi comitis Sabaudię vnigenita, coniux fuit Ioannis Ducis Britannię, & vicecomitis Limogiarum: In Aymonem comitem contendit, pro successione paternę ditionis, sed & lege Salica, & patrię moribus, & maiorum tabulis, quòd fœmina esset, repulsam habuit meritam, simulque Philippus Aurelianensium Dux, cui iura concesserat: Philippo Francorum Rege patre consentiente, iubenteque. obijt sine liberis Diuioni, sepulta cum Blancha Burgunda matre, anno M C C C L V. 220

A ME-



221 AMEDEVS quintus, Aymonis filius, comes Sabaudię, Dux Chablasij, & Augustę, à Beroldo XV. viridis cognomento, & ob coloris in vestitu voluptatem, & ob floridas corporis, animique vires: natus Camberii, anno MCCCXXXIIII. die quarta Ianuarij, hora noctis secunda, & vndecima die eiusdē sacrotinctus est baptismate ab episcopo Maurianensi. Vxores habuit duas, primam Margaritam, filiam Caroli Boēmiæ, Ioannis Regis Boēmiæ filij, qui & Carolus postmodum in regno succesit, anno MCCCXXXVII. à qua nulla Soboles: aliam sponderat Ioannam, filiam Petri Ducis Borbonij, sed cùm non absoluto matrimonio, nupta tum foret Carolo Francorum Regi, eius loco data in vxorem Bonna Ioannę soror, anno MCCCLV. à qua nati Amedeus, & Ludouicus. Chariensem vrbem vna cū Iacobo Achaię Principe in deditionem spontaneam accepit: ciuitatem Geneuam magno cum apparatu pacifice ingressus. Primus sodalitium equestre siue (vt vocant) ordinem militarem instituit, ad Euangelici nuntij siue annuntiationis Diuinę memoriā, & victoriam naualē eo die festo olim ab Amedeo auo reportatā, cū FORTITVDO EIVS RHODVM TENVIT, eius facti capitalibus alligatis torqui, fine colari literis, & intermixto nodo velut Gordio. Quam rem postmodum Anglus in periscelide, Burgundus in vellere aureo, Gallus in conculis Michaelitiis imitati sunt. Cùm Franco Rege Delphini successore, de finibus conuenit: permutationes eos inter factę, Falciniacum, Gaium, & pleraque alia Sabaudo obuenerunt. Sedunenses obtinuit. Cam-

berium

berium metropolim muris cinxit amplioribus: in qua Carolum quartum Cęsarem splēdidiſsimè excepit, priuilegijs ab eo auctus innumeris: inter cętera, vicarius Imperij per vniuersam Italiam constitutus: vtà Gregorio vndecimo Seruator iurium ſedis Apoſtolicę ſalutatus eſt. Turcam Gręcia expulit: Ioannem Cęſarem Conſtantinopolitanum è vinculis Bulgari liberauit: eumque triumphali pompa Conſtantinopolim ingreſſum, comitatus eſt, Gallipolim, Tenedum, Mantopolim, Blaſilocam, aliasq; innumeras vrbes recepit: ipſummet Ioannem Imperatorem ad vnionem eccleſiæ Romanæ reduxit: cū Andegauo Apuliam peruenit, circumque veteres Cannas (velut alter Annibal) ſeſe hoſtibus exhibuit. Sed peſte ingraueſcente, morbo correptus apud ſanctum Stephanum agri Neapolitani, dies clauſit, nec multò poſt Andegauus interruptis votis, è medio ſublatus eſt, cùm Hieroſolimitanam expeditionem animo cōcepiſſent. Vixit Amedeus annos quinquaginta plus minus, regnauit annis quadraginta. Obijt anno MCCCLXXXIII. Calendis Martij, tranſlatus in auita buſta Altæcombæ, XV. Iunij, annulo Mauritiano prius Amedeo filio tranſmiſſo.

IOANNES, Aymonis filius, Amedei frater, cuius pater teſtamento meminit, non ad eam peruenit ætatem, qua innatos igniculos exercere potuerit. Siquidem obijt infans anno MCCCXLV. 222

BLANCHA, Aymonis filia, Amedei ſoror, ab Edoardo Rege Anglię expoſcitur Regis filio collocanda, ſed non perfectum matrimonium, ob Gallicas cum Anglo inimicitias: maturior nupſit Galeatio Stephani Vicecomitis filio: ab eo thoro natus Ioan. Galeatius virtutum comes, ac primus Dux Mediolanenſis, & Iolanda vxor Othonis Marchionis Montisferrati. Obijt anno MCCCLXXXVI. ſepulta Papiæ. 223

CATHARINA, Aymonis filia, Amedei ſoror vxor fuit comitis à Tonerre: de liberis non conſtat. Obijt anno MCCCLXXX. 224

IOANNES, Ludouici ſecūdi Baronis Vaudi filius. Vxores habuit duas, tractante patre, primam Ioannam filiam Ioannis comitis Montisbellicardi, & Montiſfalconis, & Agnetis à Duriagio, ſororem Henrici, & Ricardi. Secundā duxit Margaritam filiā Ioannis à Cabillione, comitis Auſerrę & Rochefort, anno MCCCXXXII. Martio: à quibus nulla proles. Obijt antè patrem, turbato ordine, anno MCCCXLII. ſepultus Meduni. Margarita porrò vidua, ceſsit omnia iura Vaudentia Amedeo Sabaudię comiti, anno MCCCLXIIII. nec multò poſt mortem obiit. 225

CATHARINA, Ludouici ſecundi filia, Ioannis ſoror, maritos habuit tres: primus Azo Vicecomes, dominus Mediolani, filius Galeatii, anno MCCCXXXIII. ſecundus vir fuit Rodolphus à Niella, comes ab Eu, & Guynarum, filius Coneſtabilis Franciæ, viuente adhuc Ludouico anno MCCCXL. Tertius fuit Gullielmus comes à Nemur poſt mortem Ludouici patris, anno MCCCLII. cumque nulla proles ſupereſſet, vendidit Amedeo comiti Sabau- 226

diæ ditionem Vaudenſem, & plura Beugeſii oppida, anno MCCCLIX. Obiit anno MCCCLXXIII. Nynduni, iuxta fratrem, vt teſtamento edixerat.

VIGESIMVS TERTIVS GRADVS.

227 FEDERICVS quintus, Federici quarti filius, Miſniæ Marchio, vxorem duxit Catharinam Bruſuicenſem, à qua Federicum, Henricum, Sigiſmundũ & Gullielmum genuit. Hic à Sigiſmundo Imperatore ob benemerita in bello Bohemico, poſt mortem Alberti Ducis ſuperioris Saxoniæ, anno MCCCCXXIII. primus hos inter Saxones elector Imperij creatus, duxque Saxoniæ conſtitutus, ex hinc inſignia eius Alberti rutaceæ corollæ, in obliquum appoſitæ, & Baleſtendea ſuis immiſcuit: ab hinc triplici titulo ornata poſteritas, Miſniȩ, Thuringiȩ & Saxoniȩ. Obijt anno MCCCCXXX.

228 GEORGIVS, Federici frater, celebs mortem obijt.

229 VVLLIELMVS, Federici frater, fundator Alteburgenſis.

230 VVLLIELMVS, ſecundus ipſorum frater, ſine liberis.

231 PHILIPPVS, Iacobi principis Achaiæ filius, ex ſecunda vxore Sybilla Baucia: vxores duas habuit, primam Mariam filiam Amedei comitis Gebeneſij: ſecũdam Alexiam filiam Humberti domini à Thoria, & Villarij: à quibus nulla proles: hic ſiue quòd in nouercam incidiſſet, ſiue quòd patri minus morem geſsiſſet, non primogeniti titulos à patre obtinuit, ſed oppidis Vigoni, Villefranchȩ, Miroboli ac Bricheraſij tantùm donatus eſt: nec etiam fratribus ſubſtitutus. Obijt anno MCCCLXIX. (incognitum mortis genus) atque etiam ſepulchri locus, annum agens trigeſimum.

232 AMEDEVS, Iacobi filius, ex tertio thoro, Iacobo patri ex teſtamento, ſucceſsit, princepsque Achaiȩ, & Pedemontium, Dux etiã Valdemontium dictus, vbi Barcilonei Alpini populi. Vxorem duxit Catharinam Amedei comitis Gebeneſij filiam, Mariȩque ſororem: à qua vnicam filiam habuit, Melchidim. Hic non modo Pedemontios poſſedit, ſed etiam Achaiȩ partem, & in eam vniuerſam, atque etiam Grȩciam, in integrum reſtitui, quantum armis, aut iure potuit curauit: plurium procerum eius prouinciȩ fidelitates excepit. At Ludouicus ſecundi Ludouici Valleſij filius, & Maria eius matre, vti Reges Siculi, eũ principatum inuaſerunt, & magno Rhodienſium militũ magiſtro Ioanni Ferdinando vẽdiderunt: non parùm reclamante hoc Amedeo, Sabaudiſque principibus, inter quos contendentes, tertius, (vt ferè ſit) ſuperuenit Turca, inquã, qui omnia rapuit, nuncque omnia occupat. in Thomam Marchionem Salutianum armatur, Carmagnolam expugnat, anno MCCCXCIII. ipſumque bello capit: à Theodoro Montisferrati marchione, Monteregalem ciuitatem occupatam recipit, & ad duellum prouocatus, promptior illud ipſum inijt. Facium Canem Blandratȩ comitem, cui Galleazius Mediolanenſis annuebat, in Pedemontios etiam inhiantem, oblatrantemque

ſicaiu

Saiuij

temque abegit. Vixit annos XXXIX. dominatus sub summo comite annis XXXVI. Obijt anno MCCCCII. octauo Maij: sepultus Pineroli, in Franciscanorum æde, iuxta maiorum cineres.

233 LVDOVICVS, Iacobi filius, Amedei frater, princeps Achaiæ, Moreę & Pedemontiũ. Mas mari de more, succeſsit. Vxorem duxit Bonnam à Sabaudia, Amedei sexti comitis filiam, Amedeiq; septimi Ducis Sabaudiæ sororẽ, à qua vnicam Margaritam filiam suscepit. Hic primis annis cum Amedeo viridi expeditioni Neapolitanæ interfuit, acerbique interitus testis, & nuntius, annulum Mauritianum Amedeo rubro fideliter retulit. Tum Ludouicum, Ludouici Valesij Andegaui filium posthumum, Siciliæ Regem in omnibus expeditionibus Neapolitanis, iustis cum copijs in Carolum Durachium, & Landislaum filium sequutus est, ab eoque obtinuit comitatum Oleani, Manupellum, Lauretum, & sanctum Fabianum, non obscura oppida apud Aprucios: mox comitatum Albæ, ciuitates Ortonæ, sancti Angeli, vrbes Piscariæ, Francauillæ, Buclani, castra Planellæ, aliaque plura, vt inde quasi regni socius videretur. Bella ab Amedeo fratre cœpta fœliciter prosequutus est in Marchiones Montisferrati, & Saluciarũ: Carmagnolã recepit. Pontifices Gregorium XII. & Benedictũ XI. Hispanũ inter se conciliare conatus est. Vintemillium, & Chenam à Genuensibus transactione obtinuit. Carolo Francorum Regi ad Genuam recipiendam ex ciuium voto, magnis cum auxilijs præsto fuit, ac proinde benè de omnibus meritus. Ciuitatem Taurinensem omnium disciplinarum scholam, siue (vt vocant) vniuersitatem esse voluit, impetrato priuilegij diplomate ab eodem Benedicto, tum à Ioanne vigesimo quarto Pontiff. Maxx. atque à Sigismundo Cæsare, qui Cæsar hunc vicarium imperij constituit, comitemque Palatinum suum intimum, vt verbis diplomatis vtar: iusque cudendæ monetæ (summo ducę assentiente) cõtulit. Atestensem Marchionem in ipso è Gallia reditu, à Cęuanis Marchionibus captum redemit, liberumque dimisit: testamento Amedeum Ducẽ Sabaudię sororium hęredem instituit. Vixit annos quinquaginta quatuor, dominatus post fratrem annis sexdecim: obijt anno MCCCCXVIII. quarto nonas Decembris: sepultus Pineroli cum maioribus. Porrò ab eo Ludouico traxit originem alter Ludouicus, quem Raconisij, aliorumque locorum dominum constituit, hinc illustris posteritas eadem retinet stemmata. Ab eo autem nati Franciscus Raconisij, & Ludouicus Caburtij reguli, à Francisco verò Claudius: à Claudio Bernardinus, pater Philippi & Claudij Pancalerij comitum; à Philippo denique inter cæteros Bernardinus alter Caburtij dominus; qui nunc etiam vt pater, & patruus, equestri ordine omnes, multisque sunt nominibus clarissimi.

Carmagnola

Vintemillium. Chena.

familia Raconisij



234 AMEDEVS sextus, Amedei viridis filius, ruber cognomine, comes princepsque Sabaudiæ, Dux Chablasij, & Augustæ, à Beroldo decimus sextus, natus in arce Auillianæ, XXIIII. Februarij, anno MCCCLX. desponsata sibi est, & viuente patre, Bonna filia Ioannis ducis Biturigum, & Aluerniæ, filij Ioannis regis Francorum, fratrisque Caroli quinti regis, & Philippi audacis Burgundiæ ducis, idque anno MCCCLXXVI. Decembri: ab hac vxore Amedeum, Bonnam, & Ioannem protulit. Hic magni animi, Carolum sextum Francorum regem sua præsentia, magnisque copijs in Anglum iuuit, cùm maximè Burburgum oppidum munitissimum expugnaretur. De Ventislao Cæsare benemeritus, amplissima priuilegia reportauit: cum Bernensibus intima inijt fœdera: à Sedunensibus expulsum Edoardum episcopum, sedi restituit, ab eis castella Martiniaci, Arduni, Chamossoni retulit, aliaque plurima, confirmante Clemente septimo Pont. Max. Deficientes denuò Sedunenses compressit flammis, & ferro. Barcillonenses Alpini populi, mox Nicienses maritimi, tum Sospitellenses ad libertatē reclamantes, suique iuris redditi, sese vltrò huic dediderunt, anno MCCCLXXXVIII. Venationi ad ocia fugienda deditus, mortem accelerauit, siue id veneno à quodā Ioanne de Grandiuilla aduentitio medico procuratum fuerit, cuius sceleris plures magni nominis incusati. Vixit annos XXXI. menses octo, dies septem, regnauit annis decem. Obijt Ripaliæ die Mercurij calendis Nouembris MCCCXCI. Altæcombæ sepultus. Naturalem habuit Humbertum

comi-

comitem Rotundi montis,à quo ex Margarita Cheuronia,Imbertus dominus Daruillars,& Catharina vxor Gullielmi à Luriaco,vnde Luriaci reguli,à quibus maternum meum genus. Ab Imberto verò Ioãnes natus, & Catharina vxor Ioannis Alamandi domini Vriagiȩ:à Ioanne autem orta Maria,nupta Francisio Baroni de Cheuron,at Bonna vidua Amedei secundis nuptijs iungitur comiti Armagniaci.

LVDOVICVS, Amedei viridis filius,natus Burgeti, anno MCCCLXII. obijt infans,anno MCCCLXVIII.sepultus Burgeti. 235

VIGESIMVS QVARTVS GRADVS.

FEDERICVS sextus,Federici anterioris filius, elector secundus,Dux Saxoniæ,duxit Margaritam Austriacam Alberti filiam,sororem Federici tertij Cæsaris, à qua nati Ernestus Dux, & Albertus, qui familiȩ propagator, Albertus secundus,Hernestus secundus,Anna, & Aemilia.Hic hæreticorum Bohemorum maleus cognominatus. 236


HENRICVS,huius frater,sine sobole dies clausit. 237

SIGISMVNDVS,horum frater,Antistes Herbipolensis. 238

VVLLIELMVS,horum etiam frater, vxorem duxit Catharinam à Brandestaim,sororem Regis Bohemiæ:Et se Vullielmus ipse Regem Boëmiȩ dici voluit:cum fratre vero graues gesit inimicitias. 239

MELCHIDIS,à Sabaudia Amedei principis Achaiæ filia vnica,sub tutela Ludouici patrui, nupsit Ludouico Ruperti Cæsaris filio, Palatino Rheni,sacri imperij Archidapifero, Bauariæ duci, anno MCCCCXVII. qui primis nuptijs duxerat Blancham,Regis Angliæ filiam:ab hac natus Ludouicus Philippi pater,& Federicus.Hȩc aspirabat ad comitatum Gebenesij, sed iura cessit Amedeo Duci,anno MCCCCXVII.Obijt anno MCCCCXXIIII. 240

MARGARITA,Ludouici Achaiæ principis filia vnica,vxor fuit secunda Theodori Marchionis Montisferrati,idque anno MCCCCIII.à qua nulli liberi. A morte mariti, inter vestales Diuȩ Magdalenes Albȩ ciuitatis piè vixit. Obijt anno MCCCCLXIIII.proq; diua colitur,nec sine cõsequentibus miraculis. 241



242 AMEDEVS ſeptimus, Amedei rubri filius, à Beroldo XVII. primus Sabaudiæ dux, à Sigiſmundo Cęſare factus, dux quoque longè antè à maioribus Chablaſij & Auguſtę, Gebeneſijque comes, Nicię, Folcaquerij, Vintemillij, Valentię, Dięque, ac princeps Pedemontium, Friburgique dominus. Natus Chamberij quarto die Septembris anno MCCCLXXXIII. Vxor, ſiue ſponſa, adhuc infanti data Maria filia Philippi ducis Burgundię, audacis dicti, qui erat filius Ioannis ſecundi Francorum Regis, Caroliq; Regis frater, anno MCCCLXXXVI. viuente patre: tum confirmatum matrimonium, anno MCCCXCIII. à qua filios protulit, Amedeum, Ludouicũ, Philippum, & geminos Antonios, filias, Mariã, Margaritas duas, & Bonnam. Bellicenſem ciuitatem mœnibus, turribusque cinxit: Benedictum pontificem Auenione expulſum, in Nicena ciuitate anno MCCCCVI. aliquot menſibus ſedem Apoſtolicam figere permiſit: equeſtrem ordinem, ſiue ſoldatitium Euangelicum, id eſt boni nuntij, multis additis pietatis legibus reſtaurauit, anno MCCCCIX. inter Heluetios, veteres oras Domus oſellę, Materelliq;, ſitas Sabaudę ditioni iunxit, anno MCCCCXI. Carolo ſexto Francorum regi in rebelles ſuppetias tulit, atque etiam in Anglos, cùm Aureliana virguncula diuinitus ſuſcitata eſt. Thomam Salutianum deficientem repreſsit, & Salutiarum ciuitatem expugnauit, Villamfrancam oppidum maritimum ad conciliandas de pontificatu controuerſias inter Ioannem XXIII. & Benedictum XIII. conceſsit, anno MCCCCXII. Regem Cipri Ianum ad Caciũ à Soldano captum

deten-

detentumque multo ęre redemit: tandem anno MCCCXVI. nonis Febrarij, à Sigismundo Cęsare, ex comite Sabaudię DVX salutatus, adiūctis Sabaudo, ducatibus Chablasij, & Augustę, Pemōtio, Gebenesio, Nicia, & alijs ditionibus: Vercellas ciuitatē clarissimā à Philippo Mediolanensiū duce genero facto, pacis conditionibus obtinuit, anno MCCCXXVII. Clauasiū, Acellū, aliquotq; alia oppida à Iacobo Montisferrati Marchione sororio facto, transactione consequitur, eo anno comitem Montisreuelli, demum aliquot alios creauit, de Geneua ciuitate cum episcopo conuenit: ad Bohemos hereticos profligandos auxilia nō exigua mittit: Statutorum libros quinq; incōparabiles promulgat, anno MCCCCXXX. Salutiani feudi controuersia, Marchionibus acquiescentib. decisa est: Dūbarū hominiū à Carolo Borbonij duce exegit, mēse Maio, anno MCCCCXXXV. Eo anno mēse Iulio, de Gruerię successione, masculis deficiētibus, cū Frācisco, & Ioāne Antonij filijs conuenit. Rerū humanarū pertesus, diuinū semper nescio quid in animo gerēs, heremū meditatur: Mauritianos equites primū instituit, quibus cū Ripaliā contēplationis ergò senex, secessit: traditis Ludouico filio sceptris ducalibus, anno MCCCCXXXVIII. tū VIII. Idus Ianuarij, qui Epiphanię dies sacer erat, anno MCCCCXL. in Concilio Basiliensi Pontifex maximus, omnium calculis, ipse vel renuens, creatus, FELIX QVE proclamatus, Eugenio prius in ipso Cōcilio (quod approbarat) deposito. Huic nostro Gallia, Germania, Aragonia, Longobardia, maiorq; pars Christiani orbis paruit. Cardinales plures, eosq; tātū sanctimonia, & eruditione conspicuos, creauit. Et postquàm nouem annis sedisset, Eugenio aduersario mortuo, sponte tyaram cessit Nicolao, paci consulens: Cardinalis, & legati contentus solo munere, quod neque munus, sine ipsius Nicolai hortationibus, & Cōcilij Lausanensis decreto acceptum habuisset. Hi pontificia omnia, quę gesserat, approbarunt: hic verò sanctissimè reliquū vitæ peregit, & in sedandis suorum temporum tempestatibus fœliciter insumpsit. vixit annos LXVII. menses IIII. diem vnū: regnauit annis LVIII. obijt Geneuæ, anno MCCCCLI. idibus Ianuarij: Ripaliæ sepultus, miraculis post mortem clarissimus, inter beatos creditus. Sed nostro seculo, prophanato ab hostibus ecclesię sepulchro, ossa à Merulleo viro nobili Aquiano retracta, & conseruata, atque Emanuelli Philiberto Duci nuper reddita: qui abnepos, piè Taurinum transtulit in diui Ioannis Basilicam. At Maria coniux prędecesserat, secundo nonas Octobris, anno MCCCCVIII. Altæcombę sepulta.

BONNA, Amedei sexti filia, septimique soror, nupta Ludouico à Sabaudia principi Achaię, anno MCCCCIII. à qua Margarita vnica, vt iam visum est. Hęredem instituit Ludouicum filium Amedei ducis Sabaudię, anno MCCCCXXIX. fundauit Xenodochium Cariniani, & plures ditauit ecclesias. Obijt anno MCCCCXXXII. quartà Martij. Sepulta Pinerolij, in ęde Franciscanorum, iuxta Ludouicum principem. 243

IOAN-

244 IOANNA, Bonnę soror, Amedeique sexti filia posthuma, nata mense Iulio MCCCXCIII. maritum habuit Ioannem Iacobum filium Theodori Marchionis Montisferrati, tunc Cossanę comitem: nuptiæ celebratæ in oppido Clauasij anno MCCCCX. mense Aprili. Is tum patri succesit. Et ab hac filios Ioannem, Gullielmum, Bonifacium, Theodorum habuit: filias Isabellam, Ludouici Marchionis Salutiarum, & Amedeam Ioãnis Cypriorum Regis vxores. Vixit annis LXVI. obijt, anno MCCCCLX.

VIGESIMVS QVINTVS GRADVS.

245 HERNESTVS, Federici sexti filius, Dux Saxonię, Marchio Misnię, & imperij elector, vxorem duxit Elisabetam Bauaram, à qua filios duos suscepit, Federicum, & Ioannem. Hic Quedelemburgum vrbem antiquam expugnauit, auitę virtutis imitator.

246 ALBERTVS, Hernesti frater Marchio & Lantgrauius, vxorem duxit Mariam Philippi Pomeranię ducis filiam, à qua liberos Federicum, Georgium, & Henricum sustulit, atque Catharinam. Hi sunt duo fratres Hernestus & Albertus, qui in pueritia à Conrado quodam Caufungo noctè intempesta, ex editissima arce Aldenburgia rapti, Bohemo regi tunc Saxonũ hosti venditurì, nisi mox raptor, populorum diligentia, ad Syluam Hercinam cõprehensus fuisset: & liberati principes. De raptore verò capitis supplicium sumptum est. Hęc anno MCCCCLV. gesta sunt in posteritatis exemplum.

247 ALBERTVS, horum frater, Archiepiscopus Maguntinus.

248 HERMESTVS, horum etiam frater, episcopus Magdeburgensis.

249 ANNA soror, nupsit Alberto Marchioni Brandeburgensi.

250 AEMILIA soror, iuncta est Ludouico duci Bauariæ.

251 AMEDEVS, Amedei septimi Sabaudiæ ducis primogenitus, Pedemontium, & Achaię princeps, vxorem ducere decreuerat Annam Iani Lusignani Regis Cipriorum filiam, dotisque tabulę iam confectę fuerant, anno MCCCCXXI. mense Aprili. Sed cùm permittente patre, ad expeditionem Lusitanicã ab ipsius prouincię Rege rogatus se accingeret, in celiacum morbum, siue profluuium lapsus, mortẽ obijt Casellis, non Taurino procùl, anno MCCCCXXXI. tertio Idus Augusti, annos natus viginti tres, sepultus Pinerolij, iuxta Achaicos principes, in Minoritarum æde.

LVDO-



Lvdovicvs, Amedei ſeptimi filius, dux Sabaudię ſecundus, Chablaſij & Auguſtę à Beroldo xviii. natus Geneuę, xxiiii. Ianuarij, mcccc. vxorem duxit (primogenito mortuo) eã, qua de proximè meminimus, Annã Cyprorum regis Iani filiam anno mccccxxxii. menſe Auguſto, à qua mares nouem ſuſcepit, Amedeum, Ludouicũ, Ianum, Iacobũ, Philippum, Aimonẽ, Petrũ, Io. Ludouicum, & Franciſcũ: fœminas verò ſeptẽ, Annam, Carlotã, Margaritam, Bonnã, Agnetem, Mariam, Ioannã. Hic pontifice maximo creato patre (vt diximus) ducales faſces adeptus eſt: Montisferrati ditionẽ Ciſpadanã ſibi obnoxiã, & clientelarẽ reddidit: necnon Salutianũ, & alios regulos ad officiũ adegit: Friburgẽſes in ſpontaneã deditionem ſuſcepit. Tria bella in Franciſcũ Sforciã apud Inſubres non parua geſsit. Nouarã ſemel, atq; iterũ expugnauit, quà ſubiugatà vallem Ammelinæ, Valentiã ciuitatẽ. Confluentiam, & terrã Petram Moratiorũ ad Tanagrũ occupat: tertio bello Maynerum armis etiã obtinuit, & ad Carpignatium acriter pugnatũ eſt. Pax inde tractante Carolo Francorũ rege icta eſt. A Nicolao Pontifice priuilegia plurima obtinuit, iſtud imprimis, ne qua ſacerdotia ditionis Sabaudę exteris inconſulto duce conferrentur: Ludouicũ Delphinum Caroli regis filiũ, ſimulq; Renatũ Lotharingiũ, Venetorum & Inſubrũ hoſtẽ alpes trãſire prohibuit, in eũq; tũc patri infenſum bella geſsit varia, hinc inde expugnata caſtella, atque oppida: pax tractante duce Burgundię & Bernenſibus ſubſequuta: inde gener Delphinus ipſius Sabaudi effectus eſt, anno mccccl. mox Delphini ſoror Sabauda nurus redditur, vt in Amedeo octauo videbimus: comi-

252

tes

tes Montismaioris anno seculi XLIX. Cameræ anno LVI. Varasij anno LX. creauit inter cætera beneficiaria sacramenta, (quę homagia vocant) illud Dumbarũ à Carolo Borbonio, siue Philippo eius filio, exegit, & Marchionum Salutiarum, Cressentini, comitumq; Coconati, & Radicatę. CHRISTI Syndonem à Ciprijs Regibus Hierosolimà aduectam ex dono Margaritæ à Carni clarissimæ matronę eius gentis habuit, anno XLIII. mẽse Martio, Camberianoq; sanctuario, salutis humanę quasi tessarã cõseruandã remisit. Vixit annos LXV. regnauit annis, viuẽte patre XI. eo defuncto annis XIIII. sic XXV. integris. Obijt podagrà Lugduni anno MCCCCLXV. quarto calẽdas Februarias, apud Cœlestinorum templum, vbi cor reconditum cum intestinis, reliquum cadaueris Geneuam trãslatum, iuxta Annę Ciprię coniugis cineres, quę prius ea in ciuitate decesserat, tertio idus Nouembris MCCCCLXII.

253 PHILIPPVS, Amedei primi Ducis filius, Ludouici frater, comes Cebenesij à patre constitutus, anno MCCCCXXXIIII. septimo Nouembris. Vxorem non duxit, armorum magis, amorum minus cupidus, grauiora semper machinatus. vixit annos LI. obijt anno MCCCCLII. sepultus Anecij, in æde magnę matris virginis.

254 ANTONIVS, Amedei ducis filius, obijt infans, anno MCCCCVIII. sepultus Charij in templo diuæ Mariæ.

255 ANTONIVS, gemelli isti fratres, & cognomines ex voto ad diui Antonij Inuersi fanũ reddito, à pijs parentibus: obijt quoque hic anno MCCCCIX. sepultus Charij in eo templo diuę Marię, in sacello diui Antonij, quod ideò fundatum.

256 MARIA, Amedei ducis filia, nata Thononi, nupsit Philippo Marię Anglo Vicecomiti duci Mediolanensium tertio, anno MCCCCXXXII. quarto nonàs Decembris, quo tempore Vercellas gener socero contulit: hic verò Philippus primis nuptijs, Beatricem Tendarum, Facini viduam duxerat. Hanc autem secundam virginem conseruasse traditur, siue quòd euomicà circa fœmina laboraret, siue alio concepto in eam odio, quę tamẽ pietatem ita coluit, vt tandem cœnobio virginum diuę Clarę Taurini sese deuouerit, pij patris animum imitata. Hęc mortuo marito, omnes vias tentauit, vt Mediolanense imperium variè dissipatum Sabaudo fratri deueniret, quem hęredem instituit testamento, septimo idus Maij, anno MCCCCLVIII. quo tempore mortem obijt, annos nata LVI. Taurini sepulta.

257 MARGARITA, huius soror, virgo & infans excessit è vita, anno MCCCCIII.

258 MARGARITA secunda, harum soror, trinuba, primum virum habuit Ludouicum Andegauum, Ludouici filiũ, Franci generis, anno MCCCCXXXI. Hunc Ioãna Regiua adoptarat, Alfonso Aragonco abrogato, rexq; Hierusalẽ & Sicilię à Martino põtifice declaratus: eo defuncto sine liberis à Renato rege successore Ludouici fratris, reddita est suis, anno MCCCCXXXV. iureq;

dota-

dotalitij data Gapſenſis ciuitas, Pertuſij oppidum, & alia quędam comitatus Prouinciæ: ſecundis nuptijs, anno MCCCCXLV. coniuncta Ludouico filio primogenito comitis Palatini Rheni, electori, Bauarię duci, Ludouici Coci barbati filio, & Melchidis à Sabaudia: à qua nati Ludouicus elector Othonis pater, natus quoque Federicus elector, Volfangus, & alij, à quibus nulli liberi: defuncto eo nupſit Vldarico Eberardi filio comiti à Vittemberg, à qua filias habuit quinque, Helenam comitis Craftonis, ab Hohenloe coniugem, ſecundam nuptam comiti ab Hurmo in Geldria, tertiam Doncino à Cunitain: quartam ſanctimonialem, quintam infantulam: obijt verò Margarita, anno MCCCCLXVIII. ſepulta Sturgardię.

BONNA, Amedei filia, harum ſoror, nupta Franciſco comiti à Monteforti, anno MCCCCXXVI. XIX. Ianuarij, qui primogenitus erat ducis Britanniæ Eremoricæ, à qua nulla proles. Obijt anno MCCCCXXXIII. 259

VIGESIMVS SEXTVS GRADVS.

FEDERICVS, Erneſti filius elector, duxque Saxonię, cœlebs: fundauit Academiam Vitemburgenſem: obijt ſine liberis. 260

IOANNES, Erneſti filius, Federici frater, & ſucceſſor, dux Saxonię, elector: vxores duas duxit, primam Sophiam Medaburgenſem, & Margaritam ab Hanhalt, à qua Io: Federicum progenuit, Io: Herneſtum, & Mariam: obijt pridie idus Auguſti, anno MDXXXII. 261

FEDERICVS, Alberti filius, Eques, & commendator fuit Theutonici ordinis, vita cœlibe, & non minus piâ, quàm glorioſâ. 262

GEORGIVS, Alberti etiam filius, dux Lypſenſis: vxorē duxit Barbaram Poloniæ regis filiam, à qua filios habuit, Ioannem, Federicum, Chriſtinam, Magdalenam: ſed duobus maſculis ſuperſtes hęredem inſtituit Henricum, fratrem, & liberos: obijt anno MDXXXIX. XXIIII. Aprilis. 263

HENRICVS, Alberti filius, horum frater, Pruſię primùm pręfuit, tum princeps Dreſdæ, ac Friburgi. Vxorem duxerat Catharinam Medaburgenſem, à qua nati Mauritius, Auguſtus. 264

CATHARINA, Alberti filia, horum ſoror, cōiuncta fuit Sigiſmundo duci Auſtriæ in Tirolo, poſtmodum nupſit duci Brunſvicenſi. 265



266 AMEDEVS octauus, Ludouici filius, Dux Sabaudiæ tertius Chablasij, & Augustæ à Beroldo XIX. natus Thononi calendis Februarij, paulò antè mediam noctem, anno MCCCCXXXV. quarto post die baptismate ablutus. Huic sponsa data ferè in cunis Iolanda primogenita Caroli X. Francorum Regis, sororque Ludouici XI. siue aliis XII. vix etiam trimula, anno MCCCCXXXVI. XVII. Augusti viuente Amedeo auo, à qua filios sustulit quinque, Carolum, Philibertum, Carolum alterum, Iacobum, Ludouicum, & Claudium Galeatium: filias tres, Annam, Mariam, & Ludouicam. Vir fuit singularis pietatis, iustique amantissimus, frugalitate sua plura patrimonij alienata redemit, inter cętera ditionem Gaij olim Ioanni Dunensi comiti venditam. Cum Regibus, & republica Veneta, & Philippo Burgundię duce fœdera inijt: Niceā maximè apud Francum, sibi, & posteris Sabaudis confirmauit: fratres in se bella mouentes sedauit, templa plurima, & xenodochia fundauit, auctauitque, iustitiæ custos cognominatus, & pauperum parens, quos venatorios suos canes aiebat, quibus aliquando cœlos prædaretur. Obijt Vercellis tertio calēdis Aprilis, anno MCCCCLXXVII. sepultus in maiori ęde diui Eusebij, miraculis clarus, inter Diuos habitus, miraculus celeberrimus: vixit annos triginta septem, mensem vnum, regnauit annis septem. Iolanda verò vxor mortē oppetijt in arce Mōtis caprelli in agro Vercellēsi: XIIII. calendas Septembris, anno MCCCCLXXVIII. tertia hora noctis.



LVDOVICVS, Ludouici Ducis filius, Annæque Cipriæ, & diui Amedei frater, Rex tandem Cypri, natus Geneuę, anno MCCCCXXXVI. nonis Iunij: vxores habuit duas, primam Annabellam, filiam Iacobi primi Regis Scotię, anno MCCCCXLIIII. menſe Decembri. ſecũdam Charlottam vnigenitam Ioannis regis Cypri, & Helenę Theodori deſpoti Paleologi, anno MCCCCLVII. tumq́ue viduam Ioannis Luſitani Regij etiam generis. in Charlota verò Luſignanũ vetus Stemma regium ex recta regũ linea deſinebat, & proximiores nulli Sabaudis ipſis ducibus, Annę illius filijs, in Cypria ſucceſsione vocabantur: ſic duplici nomine Ludouicus hic primùm ſine controuerſia Rex Cypriorum ſalutatus. Inſulam appulſus diu poſſedit: donec Iacobus Ioannis ſpurius Nicoſiæ epiſcopus, depoſito ſacerdotio regnum malis artibus inuaſit, anno MCCCCLXI. Soldano Aegiptio fauente Chriſtianorum perpetuo hoſte, cui etiam ſacramẽto ſe ſpurius deuouit. Spurio demum fauerunt Veneti, ſuadente legato Marco Cornelio, qui Catherinam filiam, prius à republica adoptatam, ſpurio iunxit: Iſte poſt annum, vxore pręgnante ſuperſtite interijt: infanti nato, extinctoque, mater ex lege ſuccedit: matri, mox reſpublica: ſic Veneti reges Cyprij fiunt, anno MCCCCLXX. Ludouico Sabaudo expulſo: Ludouicus Charmea arce aliquandiu tutata euadere coactus, deſtitutus ab omnibus, patrium ſolum remeat in ſolitudinem, vir fratrem ſanctimonia imitatus, ad Ripaliam reliquum vitę agit. At Charlota animoſior, Romã proficiſcitur, nunc Paulum ſecundum ponti-

ficem, nūc Sixtum quartum compellat, vt expulsis adsint: sed frustrà nititur. Tandem, anno MCCCCLXXXV. XXV. Februarij adoptat Carlum Sabaudiæ ducem, eumque, & posteros duces, hæredes instituit: & reges Cypri vult appellari. Hæc Romæ per id temporis, morte præuenta est Regina, sepulta in æde diui Petri, sub marmore elegantissimo. Ludouicus verò Rex, obierat Ripaliç, iuxta auum Amedeum Pontificem sepultus, idque anno MCCCCLXXXII. postquàm vixit annos XLVIII. regnauit annis XIIII. plus minus.

268 IANVS, Ludouici ducis Sabaudię tertiò genitus, comes Gebenesij, Baroque Faucigniaci, & Bellifortis à patre creatus, anno MCCCCLXVIII. XXVI. Februarij, vt olim Philippus Ludouici frater denominatus fuerat. Vxores duas duxit, primā tractante Ludouico XI. Frācorū Rege Helenā filiā Ludouici Luxemburgei comitis sancti Pauli magistri militum, siue Conestabuli Franciç, Cęsareæ stirpis, & Ioannæ à Barc, à qua vnicam filiam Ludouicam nomine suscepit. Secundam duxit Magdalenam à Britannia, à qua nulla proles. Helueticos motus, & circumuicina prælia paratis semper armis prudenter repulit. Cæterum quietus ditionem rexit: vixit annos LVI. regnauit annis XXIII. obijt anno MCCCCXCI. Geneuę XI. cal. Ianuarij: sepultus Anecij in Dominicanorum Fano. Helena verò diem obijt XI. Calendas Iunij, MDXII. sepulta iuxta mariti cineres.

269 IACOBVS, Ludouici ducis filius, Iani frater, comes Rotondimontis, Baroque Vaudi à patre constitutus anno MCCCCLX. vxorem duxit Mariam à Luxemburgo Petri principis Luxemburgei filiam, sancti Pauli & Hami comitem, à qua vnicam filiam Ludouicam nomine sustulit. Caroli ducis Burgundiæ Philippi filij partes sequutus est, cùm Mariā vnigenitā Maximiliano Cęsari Federici filio dedit, anno MCCCCLXXIII. illi prælio ad cāpos Murateos interfuit, cùm ab Heluetijs non sine eorū ingenti clade Burgundus fusus est. Et ipse Vaudensi ditione spoliatus, anno MCCCCLXXV. causam belli à cerdone quodam Heluetico iniurià affecto prodijsse ferunt. Edoardo etiam Anglo regi adhęsit; Ludouico Francorum regi, Renatoque Lotharingię duci bellamouit, à Cæsare Maximiliano dux exercitus in bello Gandauensi constituitur, anno MCCCCLXXVII. Hic neque cum Amedeo duce fratre conueniebat, vir magni, sed inquieti animi. Melius tamen illi cecidit, quòd in pace Atrebatensi ascriptus etiam fuerit, anno MCCCCLXXXII. Decembri. Dies clausit morte subita correptus in arce Hami, anno MCCCCLXXXVI. XXX. Ianuarij: sepultus apud ipsum Hamum oppidum Picardię, vbi statua extat marmorea, torque velleris aurei ornata: Maria verò defuncto Iacobo nupsit Francisco Borbonio comiti Vindocini, vulgò Vendosme, à qua Carolus, & reges Nauarræ. Hæc obijt octuagenaria, anno MDLVI.



PHILIPPVS, Ludouici ducis filius, horum frater, Dux Sabaudię septimus, à Beroldo XXII. natus Chãberij nonis Februarij, anno MCCCCXXXVIII. Vxores habuit duas, primam Margaritam filiam Caroli ducis Borboni, & Agnetis Burgundianę, anno MCCCCLXXI. mense Ianuarij, ex qua Philibertum, & Ludouicam genuit: secundam duxit Claudiam Britannię, Punctheuriam, filiam Ioannis à Brosseo, & Nicolę Britannicæ, anno MCCCCLXXXV. Nouembri, à qua habuit Carolum, Ludouicum, Philippum, Philibertam, Absolonem, & Ioannem Amedeum. Hic ob fratrum numerum, Brixia sola donatus, se sine solo dici iubebat, cumque in ducem maiorem natu suo iudicio tenaciorem moliretur, à rege Frãco iuuenis apud Locham bienniò vinculis detinetur. elapsus, in regẽ, ducis Burgundię Caroli partes sequitur, velleris aurei torque donatur. Leodiẽses pro Burgundo expugnauit: Germanorum fidem fœderatã habuit. Pace composita à Franco allectus, torque conculata ornatur, magnisq; honoribus afficitur. Francũ sororium, in bello Hispanico auxiliaribus iuuit copijs: ad Parpinianũ, prorex salutatus, & cõtra Aragonum Regẽ decertans Hispanos attriuit; Aquitaniã occupatam Franco restituit, ipsique regioni pręfectus est: Delphinates, & Gabierios, Burdegalos, Blasios, Lemonices, aliosque plures Gallicos populos regia potestate gubernauit: in Italia Carolo octauo ex sorore nepoti per Florentinas, Romanas, Neapolitanas, Siculasque difficultates intrepidus adfuit: Allifij princeps effectus, comes Villælongæ, & Loraine apud Tholosates, necnon

270

Alten-

Aitensis ciuitatis,quam cùm Francus retraxisset, eius loco comitatum Valentinensem,Diensemque contulit:In Genuenses pro Franco terra, marique conflixit,ipsamque ciuitatem vi recepit.Neapolitanam expeditionem cum ipso rege suscepit: in Gullielmum Montisferrati Marchionem bella mouit, tum post Ricardinam pugnam, in ęquas pactiones descendit. Alexandro sexto pontifici à consilijs bellicis fuit:omnium ferè principum cõtrouersias, arbiter electus,composuit.Carolo Ioanni Amedeo impubèri duci sexto, ex fratre pronepoti,anno MCCCCXCVI.mense Aprili superstes senex successit. Tantum adeptus imperium,aduersantibus pepercit, & pręter opinionẽ, eos maioribus honoribus,& honorarijs affecit: edicta pleraque ad litium tollendos anfractus sanciuit.Morbo correptus (nõ sine veneni suspicione,) Taurino Camberium transuectus,obijt septimo idus Nouembris, circa noctis horam tertiam,anno MCCCCXCVII.vixit annos LIX. menses XI. dies tres:regnauit annum vnum,menses sex,dies vnum & viginti, pars Lementij condita,pars Altamcombam translata.Filium habuit naturalem Renerium, magno in Gallia ornatum magisterio,qui ex Anna Lascarea Io.Antonij filia Cęsareę stirpis,Tendarũ comite,Claudium habuit,Honorati patrem,& Honoratum comitem,siue Marchionem Vilarij,Henricæ vnigenitæ parentem: Præthereà filiam habuit naturalem Antoniam,nuptam Ioanni Grimaldo Moneci regulo,anno MCCCCXCIX.porrò obijt prima Philippi vxor Margarita Borbonia,apud Pontem indis,anno MCCCCLXXXIII. XIX. Aprilis:tum Burgi extra vrbem splendidè sepulta. At Claudia Philippi ducis vidua obijt Chamberij XIII. Octobris MDXIII. sepulta Altæcombæ, sanctimonia vitæ venerabilis.

271 AYMO,horum frater,decessit in cunabulis.

272 PETRVS, horum item frater, electus episcopus Geneuensis,obijt Pinerolij,anno MCCCCLVIII. XXI. Octobris, sepultus apud Franciscanos maiorum tumulo.

273 IO: Ludouicus, horum etiam frater,post fratrem electus fuit episcopus Geneuensis:administratorem habebat Thomam Archiepiscopum Tharentasiensem,mortem obijt,anno MCCCCLXXXIIII.florente ętate.

274 FRANCISCVS, horum frater, Auxitanensis, Geneuensisque episcopus post fratres, Alpiumque Abbas, vir doctissimus fuit, doctorumque amantissimus, à Blanca Monteferratensi Caroli ducis vidua, & filij Caroli Io. Amedei tutrice vocatus,qui ducis proximas vices secum gereret, Philippo fratre Brixiæ principe reclamante, obijt anno MCCCCXCI. mense Maio: Taurini sepultus in diui Ioannis fano. Naturalem habuit Ioannem Franciscum,qui episcopus fuit Geneuensis,quatuor alijs inter medijs.

275 ANNA,Ludouici ducis filia,virgineos dies clausit.

276 CHARLOTA,secundò genita Ludouici ducis, desponsata adhuc infans Federico primogenito Federici ducis Saxoniæ, tabulæ confectæ, anno

MCCCCXLIII. mense Maio, quibus ipse dux Saxoniç recognoscit Sabaudos principes à Saxonicis, ducibus ortos: sed non ob ætatem absoluto matrimonio, & vtrisque tandem consentientibus, hęc post modum nupsit Ludouico primogenito Caroli Francorum regis, anno MCCCCL. qui & ipse Rex, à qua natus Carolus octauus aliis XI. Francorum Rex. Obijt Carlota anno MCCCCLXXXIII. sepulta Cleriaci, cum rege marito.

MARGARITA, harum soror, nupta primùm Ioanni Marchioni Montisferrati, Ioannis Iacobi filio, anno MCCCCLIIII. secundis nuptijs iuncta Philippo Luxemburgeo domino Cleuarum, à qua Francisca, & Maria comes Vindocini, vulgo Vendomarum. obijt anno MCCCCLXXIX. 277

BONNA, Ludouici ducis filia, nupsit Galeatio Mariç Sfortiano Mediolanensium duci tractatu Lodouici regis Francorum, anno MCCCCLXVI. mense Maio. Obijt anno MCCCCLXXXV. 278

AGNES, Ludouici ducis filia, nupsit Francisco Aureliano à Longauilla filio Francisci Alenconij comitis Dunensis, tractante Ludouico Francorum rege, Agnetis sororio, anno MCCCCLXVI. mense Iulij. Obijt anno MCCCCXCV. 279

MARIA, harum soror, nupsit Ludouico Luxemburgeo Theobaldi filio, comiti Sanctipauli, Conestabili Franciæ, Normaniæque proregi, anno MCCCCLXVI. Augusto, tractante etiam Ludouico rege, defuncta prima vxore Ioanna à Barc. Hæc verò viduata est miserum in modum marito, anno MCCCCLXXV. à quo liberi Ioannes, & Helena vxor Iani à Sabaudia comitis Gebeuesij: ipsa verò Maria mortem obijt, anno MCCCCLXXV. 280

IOANNA, harum soror, innupta obijt, anno MCCCCLX. 281

VIGESIMVS SEPTIMVS GRADVS.

IOANNES Federicus, Ioannis electoris ducis Saxonię filius, vxorem duxit Sybillam Iuliacensem, ducis Cliuiæ filiam: à qua nati quatuor, Ioannes Fridericus, Ioannes Vullielmus, Fridericus & Ernestus: hunc simulque fratrem, Carolus quintus Cęsar iure electionis priuauit, anno MDXLVII. obijt anno MDLIIII. III. Martij. 282

IOANNES, Hernestus Ioannis electoris filius, Io. Federici frater celebs fuit. 283

MARIA, horum soror, nupta Philippo Pomeraniæ Principi. 284

IOANNES, Georgij non electoris filius, vxorem duxit filiam Lantgrauij Hassiæ. 285

FRIDERICVS, Georgij filius, Ioannis frater, vxorem duxit Mansfeldinā. 286

CHRISTINA, Georgij filia, vxor Philippi Hassiæ Lantgrauij, à qua Agnetem, Annam, Philippum Ludouicum, & Ludouicum habuit. 287

MAGDALENA, huius soror nupta Brandeburgensi principi. 288

289 MAVRITIVS, Henrici filius, Archimarescalus sacri Imperij, elector, duxque Saxonię, à Carolo quinto suffectus in locum Ioannis Federici, anno MDXLVIII. vxorem duxerat Agnetem filiam Philippi Langrauij Hassiæ & Christianę filię Georgij Saxonis, à qua filiam habuit Annam vnicam. Hic aliquando Cęsari infensus, quòd plus ęquo Ioannis Federici Saxonis proscripti partes tueretur, & ad Gallum confugisset, reconciliatus est, & de eo benemeritus. In Albertum Brandeburgensem Cæsari rebellem missus cum exercitu, & hoste prius fuso, in acie fortiter ipse cecidit, anno MDLIII. quinto idus Iulij.

290 AVGVSTVS, Henrici filius, Mauritio fratri successit, dux Saxoniæ, & elector declaratus. Vxorem duxit Annam filiam Christiani regis Daniæ, vulgò Annamarch, à qua filios genuit Christianum, Federicum, Isabellam, Dorotheam, Annam, & alios aliquot. Arcem construxit instructissimam in ciuitate Dresnea, ad Albim fluuium, anno MDLXXIII. gestis innumeris clarus viuit, & immortalitate dignus.

291 CAROLVS, Diui Amedei ducis Sabaudiæ primogenitus princeps Pedemontium, anno MCCCCLXXI. mense Iunij, & Iulij pro tuitione patris, in quem Iacobus, & Philippus fratres bella mouerant, exercitum Gratianopoli conscripsit, rege Gallo fauente: præclarà de se conceptà expectatione morte præuentus est. Vixit annos XXIIII. obijt anno eo MCCCCLXXI. mense Decembri, quem pater mox sequutus est.



292 PHILIBERTVS, Diui Amedei filius, Caroli primi frater, dux Sabaudiæ,

Cha-

Chablasij,& Augustę,à Beroldo vigesimus: natus Camberij, anno MCCCCLXV.septimo die Augusti, semihora post noctem mediam: vxorem duxit Blancomariam primogenitam Galeatij ducis Mediolani, anno MCCCCLXXIIII.mense Februarij: à qua nulla stirps. Hic sex annorum sub tutela Iolandę à Francia matris regnare cœpit,anno MCCCCLXXI.& primùm traiectis Alpibus,cum matrē Gaium diuertit.Pro tutela, curaq; obtinenda, diu inter patruos disceptatum est,tandem perpetuę leges latæ ad pupillaria tempora,quoties eius rei casus contigerit,idque eo anno,mense Augusto. Hic cum Iolanda matre, & Carolo fratre lactante captiui facti à Burgundo duce Carolo, post à se susceptam illam cladem Paterniacam, anno MCCCCLXXV.cum paulò antè dux ille Burgundus Heluetios adortus,Gransonum Sabaudi iuris occupasset,& octingentos vna die arbori infęlici suspendisset: sed euasit Philibertus,& Camberium perductus,& in tuto positus:tum fuso, cæsoque Burgundo in altera acie Muratea,liberati Carolus infans,cum Iolanda matre:& Vaudensis ditio,quam Heluetij occuparant,Iacobo Sabaudo,ex pace Atrebatensi restituta:fœdera arctissima inter ipsum Philibertum ducem,atq; Heluetios icta sunt.At Galeatius Mediolanēsis dux,patruis Sabaudis semper dissidentibus,agrum Pedemontanum inuasit,quòd vereri simularet,ne Galli eo prius inuaso,Insubres etiā debellarēt:sed anno sequente LXXVI. à siccarijs in templo confossus est Galeatius Mediolani, Stephani festo die.Iolanda verò patriæ facit satis,Ludouicū Salutianū,necnō Federicū fratres,ad ius Hominij persoluēdū adducit,anno MCCCCLXXVIII.& IX. Ludouicus etiam Camerę comes cum affine Raconisio ad tutelam,& administrationem aspirarant: sed à Philippo patruo propelluntur: interceptus princeps pupillus,eripitur:& in Cameranum animaduertitur, cuius res Philippo adiudicantur,idque, anno MCCCCLXXXII. Februario:reconciliata demum omnia.In bonis literis,& quæ principem decent,apprimè institutus Francisci Beroaldi octuagenarij & doctissimi, præceptis, & aliorum virorum clarissimorum exemplis. Hoc duce , leges illius Regiæ Iolandæ salutares promulgatæ sunt.Dux tandem à Carolo rege Francorum accersitus, eo anno MCCCCLXXXII. mense Martio magnis honoribus Lugduni excipitur, cumque impensius venationi, hastiliumque ludis, & vehementioribus exercitationibus operam dedisset, in morbum incidit læthalem. Vixit annos sedecim, menses octo,dies quindecim,regnauit annis vndecim: obijt Lugduni, anno MCCCCLXXXII.XXII. Aprilis,elatus ad maiorum busta Altæcombeana: relicta Blancomaria vxore: quæ postmodum nupsit MAXIMILIANO Cęsari,quā cum tranquillissimè sex annis vixit,sed sine sobole,in Stanis monasterio sepulta.

BERNARDVS D. Amedei filius natus Pinerolij, anno MCCCCLXVII. quarta Februarij XIIII. hora matutina: obijt eo anno III.Nouembris sepultus in æde Franciscanorum. 293



294 CAROLVS, diui Amedei filius, Philiberti ducis frater, dux Sabaudię, Chablasij, & Augustæ, à Beroldo vigesimus primus: natus Carignani, anno MCCCCLXVIII. XXIX. Martij hora quarta noctis, primumque Ioannes Carolus dictus. Hic prius habere constituerat Ludouicam, Ianus Gebenesij comitis vnigenitam, anno MCCCCLXXIII. Sed ob ętatem non absoluto, imo transmisso in fratrem matrimonio (vt mox videbimus) vxorem duxit Blancam filiam Gullielmi Marchionis Montisferrati, & Ysabellę sororis Galeatij ducis Mediolani, anno MCCCCLXXXV. mense Aprili: à qua natus Carolus Io. Amedeus, & Iolanda Ludouica. Patrię disidia cum Franco sedauit; Cameranum, Mommaiorem comites, & aliquot alios proceres compresit; Salutianum marchionem causa cognita feudo priuauit anno MCCCCLXXXVII. & in vim iudicati, & armis vindicibus, Salutiana oppida expugnauit. Arcem Nicenam turribus, & propugnaculis muniuit, limitum controuersias cum Carolo Francorum rege ad Pontem Beluicineum transactione diremit, astantibus pro duce Heluetijs, & Mediolanensi duce: anno verò LXXXVIII, mense Martio Gallias petijt mirabili stipatus equitatu, exceptusque à rege admirabilius. Forma, viribus, & animi dotibus prestitit, de literis: & literatis benemeritus: obijt Pinerolij quartanà correptus anno MCCCCXC. II. idus Martij, horà septimà noctis, non sine veneni suspitione: sepultus in Franciscanorum templo, ad Achaiensium principum busta. Vixit annos XXI. mẽses XI. dies XV. regnauit annis VIII. Blanca verò

Ferra-

ferratensis vidua mortem obijt Carigniani pridie calendas Aprilis, anno MDXIX. sepulta in Augustiniano templo, hęrede instituto Carolo tertio Sabaudiæ duce in Montisferrati successionis iuribus, præter quę iam Sabaudo amplissima competebant.

IACOBVS Ludouicus, diui Amedei filius, Caroli frater, Marchio Gaij, vxorem duxit Ludouicam filiam vnicam Ianus à Sabaudia comitis Gebenesij, & Helenę Luxemburgeę, anno MCCCCLXXXIII. mense Septembri, & in comitatu Gebenesij à socero substitutus, sed ab eo nulla soboles: magnæ expectationis adolescens, semper fratri duci astabat, nullis in expeditionibus ab eo seiunctus est. Vixit annos XVI. obijt Taurini febri correptus, anno MCCCCLXXXV. XVII. Iulij: sepultus in æde maxima diui Ioannis Baptistæ. 295

CLAVDIVS Galleacius, diui Amedei filius, horum frater in cunis mortem obijt, anno MCCCCLXXII. 296

ANNA, Amedei ducis primogenita nupsit Federico Ferdinandi Neapolitanorum regis filio, tunc principi Tharenti, anno MCCCCLXXVIII. qui Federicus in regno postmodum succesit, à qua genitus Alfonsus dux Calabriæ. 297

MARIA, diui Amedei Sabaudię ducis filia, nupsit Philippo Marchioni ab Ausperg, & Rotellin, comiti Nouicastri, Bandeuellę domino, tunc Burgundiæ Marescalo, anno MCCCCLXXX. à qua nata est Ioanna vxor Ludouici Aurelianensis: qui ideò dictus Marchio de Rotellin. Obijt Maria, anno MDXII. viduata prius viro, anno MDIX. 298

LVDOVICA, filia diui Amedei ducis, nupta Hugoni à Cabilione domini castri Guidonis, & Nosereti: hęc orbata viro inter vestales reconditur Taurini, anno MDIII. & sepulta apud Orbam oppidum Vantuatum, siue Vaudensium. 299

LVDOVICA, filia vnica Ianus comitis Geben. & Helenę à Luxemburgo, primùm desponsata fuerat Carolo Sabaudiæ duci, sed postmodum nupta fratri ipsius Caroli, Iacobo Ludouico à Sabaudia, vt in eo memoratum est: secundò nupsit Francisco à Luxemburgo Vicecomiti Marticiarũ, à qua Franciscus, Caroli, & Sebastiani, nuper sine masculis defunctorũ pater: vnica superest Sebastiani filia, & hęres Maria nupta Claudio Lotharingio Valdemontano, Mercuriarũ duci: hęc verò obijt annis plena, anno MDXXX. calendis Maij, sepulta in templo dominicanorum Anecij, vbi Luxemburgensium illorum tumulus erectus est. 300

LVDOVICA, filia Iacobi comitis Rotundimontis, vxor N. domini de Naussou: obijt anno MDXXVI. 301



302 PHILIBERTVS, Philippi ducis filius ex primo thoro, dux Sabaudię, Chablasij,& Augustę,à Beroldo XXIII.natus in arce Pontis Indici apud Sebusianos, die lunæ, decimo calendas Aprilis, anno MCCCCLXXX. hora prima medię noctis,primùm dictus Ioannes Philibertus: Philippo patri successit:vxores habuit duas,primam Iolandam Ludouicam à Sabaudia, filiam Caroli ducis Sabaudiæ,anno MCCCCXCIX. mense Maio:secundam duxit Margaritam ab Austria filiam Maximiliani Cęsaris Austriaci, & Marię Burgundię hęredis,anno MDI.mense Nouembri, à quibus nulli liberi.Margarita hęc primùm Ludouico Francorum regi desponsata, tum non completo matrimonio, Ioanni Ferdinandi filio Hispaniarum regi nupta, denique ad ipsum Philibertum peruenit. Primis annis cum Carolo octauo Francorum rege educatus, interfuit illi expeditioni Neapolitanę, ipsúmque Genuam capescentem, cum Philippo patre comitatus est : Ludouicum XII. Francorum regem auxiliaribus copijs ad expugnationem Mediolanensem iuuit. De Insubribus triumphantẽ magnis sumptibus per totam ditionem excepit, & Gratianopolim vsque deduxit. Rex Insubrium prouentuũ partem, vigesies inquam millia coronatorum aureorum, anuatim Sabaudo elargitus est,& sanctè pollicetur nullis vnquam temporibus,aut posteros re-

ges

ges,siue in Niciam,siue in alias Sabaudas regiones aliquid moliturum postulaturumve, idque anno M C C C C X C I X. geminatis tabulis, obfirmatisque sexto,& vigesimo nono Iulij. Cæsaris gener factus,ab eius latere nunquam discessit,& ad Alexandrum V I. Pontificem Maximum Romam simul profectus est, simulque de expeditione Hierosolimitana conuenerunt : ab ipso socero,inter prisca confirmata priuilegia illud maximè ecclesiasticarum fidelitatum obtinuit. Prætereà imperatoria iura in Coconati, & Radicatę, comites Subalpinos,& in Borbonij ducem, ob cōmissas etiā imperio Dumbas,eaque tota regione ab Arari ad Indum flumen,quę & multis antè seculis Sabaudici iuris fuerat. Palatinos omnes comites, qui priuilegijs Cæsareis per Sabaudiam abutebantur,contrario diplomate exoleuit. Lucerneos Alpinos,Angroniosque,iam damnatæ sectę(quam Vaudanam vocabant) addictos,quantum animis imperare potuit,compresśit, continentiores saltem forinsecus reddidit. Sacrosanctam C H R I S T I Sindonem, argenteis gemmeisque scrinijs, triplici cum serà augustius conseruari in arcis Camberianę marmoreo Sacello iam olim extructo piè curauit. Leges plurimas veteribus addidit,& obscura edicta interprętatus est. Corporis elegātia ita pręcelluit, vt formosi cognomentum sit adeptus : venationi imprimis dabat operam, cumq; apud Laniacum diu venationi & aucupio vehementius insudasset, & ad Sambulbeum fontem frigidiores auras captasset, in pleuritidem incidit. vixit itaque annos viginti quatuor, menses quinque,dies decem & septem. Obijt in arce Pōtis Indici,eo in cubiculo,in quo natus fuerat, quarto idus Septembris M D I I I I. sepultus in templo Brouano, propter mœnia Burgi Sebusianorum oppidi, mausoleo marmoreo, quod inter Margaritas duas eminet,matrem inquam Borboniam,& vxorem Austriacam,quę vxor illud affabrè cum templo,signis,statuisque conspicuo extrui curauerat. Margarita verò Austriaca obijt anno M D X X X. pridie calendis Decembris.

303

L V D O V I C A,Philippi filia, ex primo thoro Philiberti secundi vterina soror,nata in Ponte Indis, anno M C C C C L X X V I I. nupta est Carolo Valesio comiti Angolismensi domino Eparniaci & Romorantini, filio Ioannis tertiogeniti Ludouici ducis Aurelianensis, & Turonēsis, qui filius erat Caroli octaui Francorum regis:hæ verò nuptię cęlebratę,anno M C C C C L X X X V I I I. Februario:à qua nati Franciscus primus eius nominis Francorum Rex, & Margarita, primùm vxor Caroli Alansonij ,tum Henrico Albreteo Nauarræ Regi tradita. Hęc regni, pro filio rege,diu gubernacula tenuit, Gallorumque regens nominata. Vixit annos quinquaginta quatuor : obijt apud Grauium Gastinorum nō procul Lutetia,vigesima secunda Septembris, anno M D X X X I. sepulta in regijs diui Dionisij Loculis.



304 Carolvs tertius, Philippi ducis filius, ex ſecundo thoro, dux Sabaudiæ, Chablaſij, & Auguſtę, à Beroldo vigeſimus quartus, natus Chaſiaci, anno MCCCCLXXXVI. ſexto idus Octobris, hora nona ſemis matutina. Vxorem duxit Beatricem filiam Emanuelis regis Luſitaniæ, Ioannis regis ſororem, anno MDXXI. menſe Martio, à qua maſculi ſex, Adrianus Ioannes Emanuel trinomis, Ludouicus, Emanuel Philibertus, duo Emanueles, & Ioannes Maria: filię tres Catharina, Maria, Iſabella. Philiberto fratri, vt ſucceeſsit, annos natus decem & octo, ditionem multo ære, dotalitijsque quatuor ingentibus grauatam adeptus eſt, Blanchæ inquàm Monferratenſis, quę Pedemontij partem affectam habebat: Ludouicę Ianus filiæ, quæ Chablaſij Vaudique potiora poſsidebat: Claudiæ Britannicæ, quæ Beugeſio fruebatur; & Margaritæ Auſtriacæ, cui Brixia, Vaudum, Falciniacũ, & Villarium parebant: nec ideò parum ſibi fuerat negocij ad Ducis maieſtatem tuendam conſeruandamque. Cæuam, agrumque Cæuanum trumultuantem adducto exercitu ditioni reſtituit: Camberium Sabaudorum, & Burgum Sebuſianorum oppida, in ciuitates erigi à Leone decimo Pontifice maximo curauit, confirmante Maximiliano Cæſare. Tunc ferè Maximilianus idem Cæſar, & Ludouicus Galliarum rex, de re Mediolanenſi contendebant; Ludouico Franciſcus ex ſorore Ludouica nepos in regno ſucceſsit, anno MDXV. Maximilianum Cęſarem Carolus Auſtriacus ſubſequutus, anno MDXIX. qui dum de rebus Italicis acrius diſceptant, Sabaudus medius, ſolo, & ſolio ſpo-

liatur,

liatur, anno MDXXXVI. inuadente Franco, sustinente Cęsare, deficiente Geneuâ, de populantibus etiam Bernatibus, & Friburgensibus : tot tantarumque regionum solæ Nicia, Augusta prætoria, & Vercellæ integræ, sat quamuis agitatę. Maritimis prælijs in Turcam, & Francos socios ipse fortunatior: cætera, pacis amans, vnicum pietatis, iustitię, & patientis, fortisque animi in aduersis exemplar: obijt Vercellis, anno MDLIII. XVI. calendas Septembris, hora prima à media nocte, cùm vesperi sospes quieuisset: postquàm vixit annos LXVI. menses decem, dies VII. regnauit annis XLVIII. sepultus in diui Eusebij fano. At Beatrix cessit fatis Niciæ non multò pòst puerperium, anno MDXXXVIII. sexto idus Ianuarij.

LVDOVICVS, Philippi ducis Sabaudiæ filius, Caroli frater, natus anno MCCCCLXXXVIII. Sacris deuotus. Montis Iouis ad Alpes Graias præpositus designatus: vixit annos XV. obijt anno MDII. sepultus Altæcombæ. 305

PHILIPPVS, Philippi Ducis filius horũ frater, natus anno MCCCCXC. comes fuit Gebenesij, Dux inde Nemorosij; vxorem duxit anno MDXVIII. mense Decẽbri, Carlottam filiam Ducis Longuęuillę, Aurelianensis sanguinis, & Ioannæ ab Ogbert coniugum; à qua filium sustulit Iacobum, Ioannamque filiam. Hic Caroli fratris obseruantissimus semper fuit, Gallici nominis studiosissimus: ius beneficiarium pro fratre duce, Cæsari persoluit: ipse quoque Philippus Salutiarum Marchio à Cæsare declaratur, sed Gallo Salutianum amplectente, non ita facilè Philippus eam ditionem adipisci potuit: sic tamen apud utrosque gratia tandem ualuit, ut à Rege Nemorosij ducatum feudi nomine reportarit, idque ab obitu Iuliani Medecei, & Philibertæ coniugum, quibus anteà concessum, vt mox videbimus. Porrò cùm anno MDXXXIII. Massiliam Clemens septimus, Rexque Francus conuenissent, & hic pacis prosequendę studio interesset, febri correpus, dies clausit, eomet anno trigesimotertio decimo quinto die Nouembris: postquàm vixit annos quadraginta tres. Anno sequenti elatum corpus Anecij XXIII. Martij MDXXXIIII. in Aede virginis conditum, ponè maiorum Gebenesij comitum loculos: Charlota verò vidua mortem obijt Diuioni, anno MDXLIX. octaua Decembris, Anecij etiam translata. 306

PHILIBERTA, Philippi filia, ex secundis nuptijs Caroli ducis soror, & cum Philippo gemella, nata anno MCCCCXC. nupsit Iuliano à Medices Laurentij Cosmi filio, Florẽtinorum primario, Leonisque decimi pontificis Maximi fratri, qui Suraniæ, Chasanæque marchio nuncupabatur, anno MCXIII. Mense Aprili, tractante rege Francorum, Ludouicaque matre, atque ideò ducatus Nemorosij apud Gallias Iuliano in feudum donatus est. Dux verò Fossanũ Subalpinum Philibertę constituit, Gaiumq; Allobrogum Marchionalibus titulis ornatum, necnon Chasetum, Burgetum, Yennam, Chanasium. Magnum verò auri pondo tantus vir attulit, cuius er- 307

ego dux

go, Dux forori contulit vicecomitatum Brideriarũ, Malleualum, Turreum, Flefchum, quæ pofsidebat, iuris Gallici : Sabaudi verò Modonum, Poncinum, Cerdonẽ, Viriacum, Saniulium, Billiacum : fed vix biennio tędis iugalibus frui datum eft: præmortuo Iuliano Mediolani, anno MDXVI. vidua relinquitur, & Romà Sabaudiam rediit. Proceres plurimos (ne Lautrecum regulum potentiffimum taceam) ipfius qui Hymęneos appetebant, temperantius recufauit; pauperum mater denominata: parta omnia Carolo fratri teftamento tandem contulit: mortem obijt in arce Biliaca, anno MDXXIIII. quarta die Aprilis, poftquàm vixit annos triginta quatuor: Camberij fepulta in ædicula, quam in templo facrofanctæ Syndonis extruxerat.

308 ABSALON, Philippi filius, natus anno MCCCCXCIIII. Obijt infans.

309 IOANNES AMEDEVS, Philippi etiam filius, natus anno MCCCCXCV. infans, quoque dies claufit.

VIGESIMVS OCTAVVS GRADVS.

310 IOANNES Fridericus, Ioannis Federici filius, dux Viuerienfis, vitã agit: vxorem duxit primogenitam Federici Palatini electoris. Hic ab Augufto duce Saxonię bello capitur, anno MDLXVII. ad Gottam vrbem.

311 IOANNES Vullielmus, Ioannis Federici filius, horum frater, viuit: vxorem duxit fecundògenitam Federici comitis Palatini. Is fuperioribus annis in tumultibus Gallicis, regi Carolo auxilia tulit equitum catafractorum, idque facere duntaxat rebellionis Gallicæ profligandæ caufa proteftatus eft, contrà verò Cafimirus fororius nitebatur.

312 FRIDERICVS, Ioannis Federici filius, horum frater cùm valetudinarius effet, mortem obijt.

313 HERNESTVS, horum frater.

314 ANNA filia, Mauritij ducis Saxoniæ fecunda vxor Gullielmi Nanffonij principis Auraicę, à qua liberi aliquot progeniti.

315 CHRISTIANVS, Augufti ducis Saxonię filius, natus anno MDLX. maximæ fpei adolefcens viuit.

316 FEDERICVS, Augufti filius, natus anno MDLXXV. immatura morte præuentus.

317 ELISABET filia Augufti, nupfit Ioanni Cafimiro filio comitis Palatini anno MDLXX.

318 DOROTHEA filia Augufti nata, anno MDLXXIII.

319 ANNA filia Augufti nata anno MDLXVII.



CAROLVS Ioannes Amedeus, Caroli primi, Sabaudi ducis, & Blanchæ Monferrateę filius, dux Sabaudię sextus, à Beroldo vigesimus secundus: qui per graduum ordinem, serius hic reponitur, vt primogenitorum festinata magis matrimonia fuerũt, vnde quidem Philippum, Philibertum secundum, Carolumque tertium dignitate ante cessit, vt illi gradu siue ætate hunc pręcessere, huic etiam successere. Is natus Taurini, VII. Calendas Iunij, festo die Ioanni Baptistæ, hora quinta noctis, paulò antè aurorã, anno MCCCCLXXXIX. Trinomis igitur, & nouem mensiũ infantulus à patre relinquitur: Tutrix Blancha mater vigilantissima, patriæque aliquot dati proceres, inter cęteros, Merulus Plosascus Rhodiensium equitum Pelagiarcha siue admiratus. Eam ob administrationem non leuis contentio inter Sabaudos & Subalpinos, qualis ferè in Philiberto primo fuerat: eleuati aliquot, & seditio maxima Taurini insequuta, aliquot vtrinque vulnerati, & occisi: Philippo Ianus frater adhærebat, Ludouicusque Raconisius: Scindebantur potentiorum voces, votaque varia: Ludouicus à Camera comes, cum aliquot proceribus in hoc administrationis ambitu, eo vsque processerat, vt plurimis arcibus occupatis, Camberium etiam Metropolim inuasisset, Geneuam idem armatus proficiscebatur, vt quoq; Carolũ Sæssellũ gentilem suum in episcopatum introduceret, in quem Antonius Champio Cancellarius admissus iam fuerat: Philippus cum magnis copijs Camerano occurrit, iure & vi expertus vicit, proscripsit, profligauit, Arcemque Camerę & aliquot alias euertit,

320

anno MCCCCXCI.mense Augusto:condonata postmodum sunt omnia supplici,vt si quis principum, clementissimus hic sanguis. Tutrix Blanca prudentissima tutelam sola,cum aliquot selectissimis viris suscepit, quotquot ambientibus repulsam passis:Sedunensem episcopum fimbrias latius dilatantem ad officium reduxit anno XCII.Niciensium suorum,& Genuẽsium controuersias,post varias vtrinque excursiones, clarigationésq;, siue (vt vocant)repræsalias,sedauit,Salutianum bellum viriliter prosequuta est, & marchionem Ludouicum ad feudi fidem dandam adegit.Idem pro Dumbarum fidelitate obtinuit.Cum maximis ferè omnibus principibus fœdera percussit.tractabatur iam matrimonium hunc inter ducem,& Ioannam Aragonam Ferdinandi Regis filiam,anno MCCCCXCIII.Anno sequente octauo idus Septembris, hic princeps quintum vix natus annum, equo vectus Carolo octauo Francorum regi ad Neapolitana prælia Italiam ingredienti obuiam fuit,Taurinique splendidè excepit,auxilijs equestribus iuuit, & muneribus donauit militaribus,armis, equis expeditissimis, phaleris preciosissimis, & ipse iam comitandi animum tenella in ætate ostendebat. Mater verò nihil non auri,quod potuit,gemmarum etiam carissimarum,regi contulit, & quæ ad commeatum visa necessaria exposuit:mors immatura eius puelli principis deploratissima fuit,siue ludens scabello deciderit,vt quidam volunt,siue thoro editiore solus decubans lapsus fuerit,conquassato vertice, vt alij memorant:vixit annos sex,mensibus vndecim,regnauit annis sex, mensibus duobus:occubuit XVI.Aprilis,anno MCCCCXCVI.hora septima noctis Montecallerij:sepultus in æde Virginis,non procul à diui Bernardi Badensis monumento.Huic Philippus patruus magnus succeβit,vt suo gradu visum est.

321 LVDOVICA Iolanda,Caroli primi filia, eiusque Caroli Ioannis Amedei ducis soror,nata Taurini, duodecimo Iulij, anno MCCCCLXXXVII. hora quinta noctis:& ne post fratris funera,de succeβione apud exteros controuerteretur,nupsit Philiberto Philippi ducis filio, anno MCCCCXCVI.mense Maio,indulgente Alexandro Pontifice:nulla tamen inde proles. Obijt anno MD.Altæcombæ sepulta,superstite marito, vt in eo visum est:vixit annos XIII.

322 ADRIANVS Ioannes Amedeus,trinomis,Caroli III. ducis filius,natus Eporediæ, anno MDXXII. XIX. Nouembris sic ab Adriano sexto Pontifice denominari iussus. Postmodum dies clausit, postquàm vixit mensem, & semi alterum : sepultus in maiori templo eius ciuitatis apud aram diui Sebastiani.

323 LVDOVICVS,Caroli tertij filius,natus Geneuæ, anno MDXXIII. quarto nonas Decembris,hora XI.antemeridiana, eo anno Camberij sacris vndis perlutus. Vix decem annos natus,in Hispaniam cum Cæsare nauigat, & vnà cum Cæsaris filio Philippo eruditur, quod inter bellorum faces, non parum inuidiæ Franco in ducem patrem suscitauit. Post inde anno MDXXXVI.

Nata

natalitio Christi festo febre correptus Madritij adolescens summę expectationis extinguitur, annos natus tredecim, dies viginti tres: sepultus in ciuitate Granatæ.



EMANVEL Philibertus Carolo tertio duce genitus, tertius horum frater, dux Sabaudię Chablasij, & Augustę, à Beroldo vigesimus sextus, nascitur Camberij, anno MDXXVIII. octauo Iulij, hora quarta pomeridiana: vxorem duxit Margaritam Francisci primi Francorum regis filiam, Henricique sororem, anno MDLIX. septimo idus Iulij, ex qua Carolum Emanuelem progenuit. Hic extorre à solo patrio patre, Cęsarem Carolum quintum auunculum, vt primùm per ætatem potuit, anno MDXLV. omnibus in prelijs sequutus est: strenuè militauit, exercitibus fœliciter, iuxtaque fortiter imperauit: Philippum Hispaniarum regem consobrinum sceptris à diuo patre donatum, anno MDLVI. nunquam per arma, per pericula deseruit, donec se authore Sanquintinea victoria memorabilis Laurētij festo die, anni MDLVII. reportata, per quam pax, & auspicatissima duo matrimonia, Isabellę Franci filię cum Hispano rege, & Margaritæ Franci sororis cum Sabaudo subsequuta fuerint: vniuersa verò ditio Sabauda, Subalpinaque sibi iusto successori restituta, anno MDLIX. exhinc populos legibus, & religione cōtinere, arces munire præsidijs, fines iustè amplificare, sui seculi externa dissidia sanctè componere nunquam desiuit, Mauritiani, & Lazarei coniunctorum militiæ

324

ordinum,summum magisterium,eumque perpetuum,religiosè potius, quàm ambitiosè,acceptum habuit,vt maiorum more,reipublicæ Christianæ vsque prodesset abundantius.Istud anno MDLXXII.Pio.V.tum Gregorio XIII. Pontiff.Maxx. confirmantibus. Quid nunc singula? Tot tantisque rebus gestis,vix vlla faciēt satis volumina.Obijt Taurini XXX.Augusti MDLXXX. hora secunda pomeridiana semis, ex directione horoscopi ad diametrum Martis:vixit annos LII.mensem vnum, dies XXII.horas nouem:regnauit annis quinquaginta duobus,mensibus decē,diebus XV.Margarita verò pijssima, & Heroinarum rarissima, dies clausit Taurini,anno MDLXXIIII. XVIII. calendas Octobris, annos nata quinquaginta & vnum, menses tres,dies IX.in diui Ioannis maiori templo condita pro tempore.Seorsum autem habuit liberos Mariam vxorem Philippi Atteftini Ferrariensis stemmatis splendissimi,à qua liberi plures:habuit & Amedeum optimæ spei adolescentulum,& Maltidam.

325 CATHARINA,Caroli ducis filia,Emanuelis Philiberti soror, nata Taurini,anno MDXXIX.VII.calendas Decembris diuæ Catharinæ festo die, hora quinta matutina.Gallicorum bellorum primis tumultibus Mediolanum mittitur,vbi prematurè mortem obijt,anno MDXXXVI.mense Maio. Vixit annos septem,menses sex:sepulta in æde Franciscanorum Mediolani, tandem anno MDLXXVI.decimo calendas Aprilis translatā Taurinū,Emanuellis Philiberti fratris pietate,& in diui Ioannis Basilica cum diua Margarita reposita.

326 MARIA soror, nata Taurini, anno MDXXX. mense Iunio, nec multò pòst infans obijt: in Angelicorum Franciscanorum æde, extra vrbem condita.

327 ISABELLA soror,nata Niciç,anno MDXXXII. mense Maio.obijt Raconisij,dum ad Subalpinum agrum transferretur,anno MDXXXIII.XV.Calendis Octobris,annum nata,menses septem.

328 EMANVEL primus,Caroli filius,natus Taurini anno MDXXXIII.mense Martio:obijt infans:sepultus apud Angelicos extra vrbem.

329 EMANVEL secundus,suscitato fratris defuncti nomine, (ita illud Emanuellis patrium nomen in votis,& religione pia mater habuerat, ne è gente excederet) natus Taurini,anno MDXXXIIII. mense Maio:lactans obijt, iuxta fratrem sepultus.

330 IOANNES Maria, Caroli filius natus Niciæ,anno MDXXXVII. tertio nonas Decembris. Obijt paucos intra dies, VI. idus Ianuarij, anno MD-

XXXVIII. sepultus in æde ipsius arcis, quę episcopalis tunc ędes fuerat, nunc in vrbem translata.

331 IACOBVS à Sabaudia, Philippi à Sabaudia filius, dux Gebenesij, & Nemorosij, natus apud Campaniam Gallicam, celebri Valluysano Cœnobio, anno MDXXXI. quartò idus Octobris, hora quinta à meridie. Vxorem duxit Annam Atestensem, Herculis ducis Ferrarię, & Renatę à Francia filiam. Francisci Lotharingij, Guisię ducis viduam, anno MDLXVI. à qua Carolum, Margaritam, Henricum habuit. Hic sub tutela Carlottę Aurelianensis matris, primùm sartus tectus conseruatur, non sibi quidquam bellorum tempestatibus periclitatū fuit, aut deperditum: à Gallorum regibus euocatus, summis affectus est militiæ honoribus. Nihil in Italia, nihil in Germania, apud ve Britannos, aut Belgas egregiè gestum, quod non pręsente se, pręlia lacessente, confectum fuerit, adeò, vt geminum belli fulmen, Emanuel inter Cęsarianos, Iacobus inter Gallos, censerentur. Nec nisi conciliandæ pacis studio vterque militabat: Pace inter Reges parta, intestinis Gallię bellis occurrit, Lugdunensis Galliæ prorex, Viennensis, Matisconensis, Forensis, Belloticensis, Aluernorumque decernitur, factiosos compresit, hæreticos dissipauit, pios à metu otiosos esse curauit, prælia plurima confecit. Carolum regem ab hostibus apud Meldenses interclusum liberauit, idque anno MDLXVII. mense Septembri. Ducis Dupontij Germani, Gallias iuuadentis furoribus obstare omni ope, & industria contendit, nec sine inuidià, quæ suis semper nocere solet authoribus. Ipse verò sese tandem vltrò magnis imperij magistratibus abdicauit, cui sit liberale ingenium, atque etiam ob ætatem pręmaturè declinantem, ingrauescentibus morbis, podagra maximè, quam ex diuturna militia contraxit, domi tamen semper, quo plurimum valet, consilio inseruiens reipublicæ, cui, & sibi incolumior diu viuat.

332 IOANNA, Philippi filia, Iacobi soror, nata Anecij, anno MDXXXII. nupta Nicolao Antonij Lotharingię ducis secundògenito, Valdemontium principi, anno MDLV. Februario, qui & nuper Henrici tertij Francorum regis socer factus: illa ex viro hoc masculos sustulit quinque, Claudium, Philippum, Emanuellem Carolum, Franciscum, Ioannem, filiam vnicam Margaritam. Inter principes matronas, hęc nulli pietate inferior fuit, hæc veræ liberalitatis exemplar, pauperum tutrix, nutrixque dicta: hanc planxit morientem vniuersa Lotharingia: soli eà auctis choris, lętati sunt Superi. Dies clausit quarto nonas Iulij, anno MDLXVIII. vixit annos triginta sex.

VIGE-

VIGESIMVS NONVS GRADVS.



333 CAROLVS EMANVEL, Emanuelis Philiberti Sabaudiæ ducis filius, dux Sabaudiæ, Chablasij, & Augustæ à Beroldo XXVII. Natus in arce Ripolana Subalpinorum, anno MDLXII. die lunę, pridie idus Ianuarij, hora quinta matutina; Baptismate verò tinctus Taurini, anno MDLXVII. septimo idus Martij, in maiore templo, vbi astantibus omnium ferè principum legatis, omnia solemnia omnibus rebus summa cum cęremonia, regali splendore seruata sunt. Tunc is quimus de fide multum diuque ab Archipręsule Ruuereo interrogatus, respondere iam sua sponte publicè auditus est. Ingenij mirum acumen, miranda memoria, eloquium admirabile, artes ferè omnes, quas principem decet, supra quàm ferat ętas, adprimè callet, Mathematicas potissimùm disciplinas: historię genus omne, per numismata, signa, statuas, fragmenta marmorea, inscriptionesque confirmatum: de re militari per quotquot volumina benemeritus, perseque ipsum cum æqualibus, singulis diebus exercetur: Vniuersitatis ideo theatrum absolui iubet, & statis horis recitari. Nunc post adeptum tantum imperium annum suæ ętatis XIX. attingens, incredibile est dictu, quanta cum maiestate, maturitate, & diligentia rem regere incipiat: magna spes indolis, sui rumor ingens, maior pręsens virtus, maximum patet in dies incremen-

tum

tum,sed vitio affinem esse me ostendero,qui viuentis laudes prosequar, me sine tamen hæ laudes vulgatissimæ, & alios (quos post me politiores inuito)laudatores sunt habituræ.

CAROLVS, Iacobi Gebenesij Nemorosiorumque ducis filius, natus in arce Nantulcij Leodulni,non procul Lutetia,anno MDLXVII. VII. idus Februarias,hora septima semis matutina. Vix quartũ egressus annum,è Gallia in Sabaudiam, atque in Subalpinos patrem comitatur, equo vectus viuacissimo nullo iuuante,Taurinum omnibus mirantibus ingreditur, mense Augusto,anno MDLXXI.quo & anno Alpes transcendit ad patris semper vestigia:iterum mense Nouembri,anno MDLXXVII.à patre missus, Taurinum redijt,vt ducis Emanuelis consuetudine, & exemplis omni virtute, & militari disciplina à teneris imbuatur,seque cum Carolo Emanuele principe morum similitudine,& amicitiæ,obseruantięque tenaciore vinculo assuescat, quo tandem simul colligati dispersas prouincias recipiant,receptas conseruent,& longè lateque amplectantur: atque ideò iam nunc Italiam vniuersam lustrare cœpit: corporis proceritate,& animi magnitudine virum absolutum referens. 334

MARGARITA,Iacobi filia,Caroli soror, nata Lutetiæ, anno MDLXVIII. mense Iulio.Ad diuam Margaritam ducem filiolę auidissimam missa, quodque valetudinaria,transmissa:obijt Chaseti,anno MDLXXII.mense Iulio infans trimula,Anecium translata,maiorum tumulo condita. 335

HENRICVS,Iacobi filius,natus lutetię, secundo Calendas Nouembris hora XII. noctis, anno MDLXXII. formà dignus imperio, ingenij acie admirandus. 336

VIVANT OMNES

Totque hæc Arbor exhibita protendatur seculis,
quot conuersa retro numerata sunt.

FINIS.

AVTHORES QVIBVS AVTHOR vtebatur.

GERMANI

Vithicindus Saxo monachus.
Albertus Crantius in Saxonia, & Metropoli.
Ioannes Nauclerus Tubingensis præpositus.
Otho Fringingensis.
Saxo Silandicus Danorum.
Franciscus Irenicus Saxo.
Ioannes Auentinus Boiorum.
Luitprandus leuita.
Ioannes Magnus Gothorum.
Lambertus Scanaburgen.
Olaus Magnus.
Conradus Lycostenes.
Abbas Vspergensis.
Paralipomena in Abbatem.
Siguebertus Abbas in Siguebertum.
Marianus Scotus.
Martinus Polonus.
Heiueldonus monachus.
Aegidius Thustcudus.
Ioannes Garso rerum Sax.
Simon Scherdius.
Eginardus.
Iacobus Vinfelingus.
H. Mutius rerum Germanarum.
Albertus Argentinen.
Conradus episcopus.
Hermanus Contractus.
Gunterus Ligurinus.
Iacobus Maguntinus.
Conradus Petingerus.
Beatus Rhenanus.
Conradus Vescherius.
Ioannes Cuspinianus.
Georgius Agricola.
Volfangus Lasius de migrat gentium.
Sebastianus Musterus correctus.
Valer. Anselmus.
Io. Carion correctus.
Prępositus de Tabinga.
Io. Theutonicus.
Ioachinus Vadianus.
Ioannes Leunclauius Saxo.
Iosias Simlerus.
Martinus Oberdorferus.
Randeuicus.
Appendix in Randeuicum.
Chronica Chronicorum.

ITALI.

Aeneas Syluius Pius Pontifex in cosmographia & epistolis.
Raphael Volaterranus.
Gothofredus Viterbien.
Antoninus Florentinus.
Flauius Blondus.
Marc. Ant. Sabellicus.
Matthæus Palmerius.
Petrus de Vineis.
Polidorus Vergilius in Anglia.
Petrus Damianus.
Platina.
Martinus Pœnitentiarius.
Symphorius Panuinus.
Thomas Faselius Siculus.
Augustinus Iustinianus Genuen.
Paulus Interianus Genuen.
Bernardinus Scardeonius Patauinus.
Franciscus Philelphus.
Otho Murena.
Ludouicus Dulcis.
Bernardinus Loirus.

Gaspar Bugatus.
Benuenutus Sangeorg. Monteferratensis.
Gofredus ab Ecclesia in Salutiana hist.
Paulus Morgia Mediolanensis.
Iacobus Strata.
Leander Albertus.
Theodoricus Adameus.
Petrus Asarius.
Albertus Mussatus.
Pogius Florentinus.
Dominicus Machaneus.
Petrus Cara.
Carolus Sigonius in historia Italię.
Io. Baptista Pigna Ferrarien.
Donatus Acciaolus.
Donatus Bosius Mediol.
Seraphinus Sicardus Clauasius.
Franciscus Sansouinus.
Rufinus & Gullielmus Ventura Asten.
Arnolphus Mediolanensis.
Iofredus Iacomellus Pinerolensis.
Petrus Bembus.
Petrus Iustinianus Venet.
Paulus Iouius.
Leander Albertus.
Andreas Mocenicus Venet.
Laurentius Surius.
Natalis Comes.
Vbertus Follieta.
Petrus Franciscus Iambulanus.
Antonius Doria Genuen.
Michael Brutus.
Bartholomeus Facius.
Georgius Merula.
Gaudentius Merula.
Bonauentura Castilionus.
Petrus Bisarus.
Franciscus Guichardinus.
Ascanius Centorius.
Cynthius Baptista Giraldus.

GALLI

Gregorius Turonen.
Adon Viennensis.
Paulus Aemilius.
Ioannes Tilius.
Nicolaus Giles.
Ioannes Marius.
Robertus Cœnalis.
Aymoinus.
Iacobus de Aquis.
Iacobus Mainoldus.
Iacobus Meyerius Flander.
Vincentij Speculum historiale.
Io. Bochetus in annal. Aquit.
Robertus Gagninus.
Guillerinus.
Benedictinus in annalibus.
Petrus Quinquerianus Prouinc.
Geruasius Burgund.
Philippus Cominens Argenton.
Rouerus Fontanus.
Petrus Lambertus Crucius Sab.
Gabriel de Saconay Sab.
Ludouicus Pingonius pater.
Io. Chaumeus Biturix.
Franciscus Valeriola.
Antonius Battenderus Sab.
Bugnonius Matiscon.
Furneus Musingius Sabaud.
Perinetus de Pino Sab.
Symphorianus Campeius
Christophorus Mileus Sab.
Iacobus Delexius Sab.
Gullielmus Paradinus Burg.
Claudius Paradinus.
Iaco. Chisonus Sabaud.
Nicolaus Vignerius Burg.
Iulianus Taboetius Tholos.
Gullielmus Fichetus Sabaud.
Vaudēsis historia Gallica, incertò.

Statu-

Statuta Delphinatus.
Statuta Prouinciæ.
Statuta Sabaudiæ.
Le Romans d'oultre mer.
Romans de Flandres.
Normana hiſtoria.
Chron.Sabaudiæ vetuſtiſſ.fragmenta.

Græci & Exteri.

Theophanes.
Zonaras.
Nicetes.
Croniata.
Theod.Paleologus.
Stephanus Luſignanus Cyprius.
Gullielmus Tyrius de Bello ſacro.
Franciſcus Tarafa Hiſpanus.
Didacus Mendes Vaſconcellus Luſit.
Alfonſus Vlloa.
Ludouicus ab Auila Zunniga.
Andreas Reſendius.
Franciſcus Aluares.

Ex Archiuis & Tabularijs.

Ducis Sabaudiæ,
Chamberij.
Lementij.
Niciæ.
Taurini.
Aſtæ.
Vercellarum.
Eporediç.
Secuſiæ.
Rhodiorũ militum.
Aquenſis Prouinciç.
Lugduni.
Cluniaci.
Cartuſiæ.
Matiſconis.
S.Michaelis Cluſini.
Fructuarienſis.
Noualicij.
Bellicij.
Burgeti.
Altæcombæ.
Pellioneſij.
Nantuaci.
S.Sulpicij.
Aquæbellæ.
Maurianæ.
Tarentaſiæ.
Auguſtæ.
S.Bernardi.
Geneuæ.
Anecij.
Albæ ripæ Pedem.
Ripæ altæ.
S.Antonij Inuerſi.

VIGINTI NOVEM PRINCIPVM SERIES NVNQVAM INTERRVPTA,

PRAETER QVI EXTRA ORDINEM.

ANNI A CHRISTO.			
DCXXXVI.	1	SIGVEARDVS, *Rex Saxoniæ* I.	
DCXC.	2	*Theodoricus, Sig. fil. Rex Sax.* II.	
	3	. . . .	*Hedilgardus, Rex Sax.* III.
DCCXXXIIII.	4	*Vernechinus, Theod. fil. Dux Angariæ.*	
DCCLVIII.	5	*Vitichindus, Ver. fil. Rex Sax.* IIII.	
	6	. . . .	*Vitichindus iunior, comes Vitinensis, a quo Misnenses.*
DCCCXX.	7	*Vigbertus, Vit. fil. Dux Saxoniæ* I.	
	8	. . . .	*Valbertus, Dux Engernen. a quo Aledramus Montisferrati.*
DCCCXL.	9	*Lutolphus, Vig. fil. Dux Sax.* II.	
DCCCLXXX.	10	*Otho, Lut. fil. Dux Sax.* III.	
CMXVIII.	11	*Henricus, Ot. fil. Imperator* I.	
CMXXXVII.	12	*Otho* I. *Hen. fil. Imperator* II.	
CMLXXIII.	13	*Otho* II. *Ot. fil. Imperator* III.	
	14	. . . .	*Otho* III. *Imperator* IIII.
CMLXXVIII.	15	*Hugo, Ot. fil. Dux Saxoniæ.*	
	16	. . . .	*Henricus* II. *Imperator* V.
CMXCVIII.	17	BEROLDVS, *Hug. fil. Com. Sabaudiæ & Maurianæ* I.	
MXXIIII.	18	*Humbertus, Ber. fil. Com. Sab.* II. *Princeps Pedem.*	
[illegible]	19	*Amedeus, Hum. fil. Com. Sab.* III.	

MCXLI.	22	*Humbertus* III. *Am.* II. *fil. Com. Sab.* VI.
MCLXXXVIII.	23	*Thomas, Hum.* III. *fil. Com. Sab.* VII.
MCCXXXIII.	24	. . . .
MCCLIIII.	25	. . . .
	26	*Thomas* II. *Th. fil. Comes Mauriana & Flandria.*
MCCLXIIII.	27	. . . .
MCCLXVIII.	28	. . . .
MCCLXXXIIII.	29	*Amedeus* IIII. *Tho.* II. *fil. Comes Sab.* XII. *Dux* V.
MCCCXXIII.	30	. . . .
MCCCXXIX.	31	*Aymo, Amed.* IIII. *fil. Com. Sab.* XIIII. *Dux* VII.
MCCCLIII.	32	*Amedeus* V. *Aym. fil. Com. Sab.* XV. *Dux.* VIII.
MCCCLXXXIII.	33	*Amedeus* VI. *Am.* V. *fil. Com. Sab.* XVI. *Dux* IX.
MCCCXCIII.	34	*Amedeus* VII. *Am.* VI. *fil. Dux Sabaud.* I. *Chab. & Aug.* X. *Felix.* V. *PP.*
MCCCCXXXIX.	35	*Ludouicus, Am.* VII. *fil. Dux Sab.* II. *Cæterorum* XI.
MCCCCLXV.	36	. . . .
	37	. . . .
MCCCCLXXII.	38	. . . .
MCCCCLXXXII	39	. . . .
MCCCCXC.	40	. . . .
MCCCCXCVI.	41	*Philippus* II. *Lud. Ducis fil. Dux Sab.* VII. *Cæt.* XVI.
MCCCCXCVII.	42	. . . .
MDIIII.	43	*Carolus* III. *Philip.* II. *fil. Dux Sab.* IX. *Cæt.* XVIII.
MDLIII.	44	*EM. Philibertus, Car.* III. *fil. Dux Sab.* X. *Cęt.* XIX.
MDLXXX.	45	CAROLVS EMANVEL, *Em. Philib. fil. Dux Sab.* XI. *Cæt.* XX.

Amedeus III. *Th. fil. Comes Sab.* VIII. *Dux Chablasij & Aug.* I.
Bonifacius, Am. III. *fil. Com. Sab.* IX. *Dux* II.

Petrus, Th. fil. Com. Sab. X. *Dux* III.
Philippus, Th. fil. Com. Sab. XI. *Dux* IIII.

Edoardus, Am. IIII. *fil. Com. Sab.* XIII. *Dux* VI.

Amedeus VIII. *Lud. fil. Dux Sab.* III. *Cæt.* XII.
Ludouicus, Lud. fil. Rex. Cypri Armeniæ & Hierusalem.
Philibertus, Am. VIII. *fil. Dux Sab.* IIII. *Cæt.* XIII.
Carolus. Am. VIII. *fil. Dux Sab.* V. *Cæt.* XIIII.
Carolus Io. Amed. Car. fil. Dux Sab. VI. *Cæt.* XV.

Philibertus II. *Philip. fil. Dux Sab.* VIII. *Cæt.* XVII.

QVAE NVNC POSSIDENT SABAVDI Principes, hæc ſunt.

DVCATVS SABAVDIAE.	*olim Allobroges, Regnum.*
Ducatus Chablaſii.	*Veragri.*
Ducatus Auguſtæ.	*Salaſsi.*
Ducatus Gebenneſii.	*Geneuenſes.*
Comitatus Maurianæ.	*Brammouices, ſiue Blannonij.*
Comitatus Tarentaſiæ.	*Centrones, ſiue Ceutrones.*
Comitatus Bellifortis.	*Vocuntij.*
Comitatus Beugeſii, & Verromeſii.	*Bellicienſes, & vallis Romanorum.*
Comitatus Vilarij.	*Ergoſiani.*
Comitatus Brixiæ, & Baugiaci.	*Sebuſiani.*
Marchionatus Gaij.	*Hedui.*
Principatus Falciniaci.	*Focuates.*
Principatus Pedemontium.	*Subalpini, vel Gallia togata, vel tranſpadana Romanis, tum pars regni Longobardorum.*
Marchionatus Secuſiæ.	*Taurini, veliates, Bobij &c.*
Marchionatus Ceuæ Linguarum.	*Ligures.*
Comitatus Aſtę.	*Ligurum iuxta Statyeles.*
Comitatus Vercellarum.	*Lybici.*
Comitatus Canabitij.	*Salaſſorum pars.*
Comitatus Nicię.	*Salij.*
Comitatus Pugeti, Soſpitelli & Barcillonę.	*vbi olim Ducatus Valdemontium. Venneni, Epantenij, Eburiates.*
Comitatus Onelię, & Marri.	*Oxibij, Deciates.*
Comitatus Tendarum.	*Alpium Maritimarum.*

QVAE POSSEDERVNT, NEC POSSIDENT, HAEC SVNT.

REGNVM CYPRI, *Armeniæ, Hieruſalem &c. anno*	1457. *& cæteris annis.*
Principatus Achaiæ & Moreæ.	1301. *&c.*
Inſula Thenedos.	1363. *&c.*
Comitatus Flandriæ.	1233. *&c.*
Comitatus Burgundiæ.	1112. *&* 1266.
Comitatus Virtutum.	1040. *&c.*
Comitatus Malileporarij in Picardia.	1318. *&c.*
Comitatus Folquacherij in Prouincia.	1420.
Comitatus Vintemilij in Liguria.	1420.
Comitatus Valentiæ & Diæ.	1422.

Comitatus Sedunensis & Vallesii.	1100.& 1300.&c.
Bernenses.	1266.&c.
Friburgum & Heluetiorum pars.	1424.
Ciuitas Geneuæ.	1240.&c.
Ciuitas Lausannæ, olim Latobriges.	1250.
Baronia Vaudi, olim Vantuates.	1260.
Comitatus Rotundi Montis.	1244.
Principatus Dumbarum.	1200.
Comitatus de Richen, & alia, in Angliâ.	1260.
Principatus Capuæ, & alia in regno Neapolitano.	1392.
Valles domus Osellæ.	1411.
Marchionatus Salutiarum.	1169.&c.
Pars Marchionatus Montisferrati cispadana.	1435.
Communitas terræ Petræ Moratiorum, ad Tanagrum.	1447.
Ciuitas Sauonæ, & alia Maritima.	1226.
Marchionatus Crepacorij.	1561.

PROVINCIARVM

Quas nunc poſsident, hæ ſunt præcipuæ Ciuitates, oppida, municipia, vici, pagi, Caſtella.

SABAVDIA

Albana flumen. in Leſsiam.

CAMBERIVM

VRBS ET EMPORIVM, aliquando ciuitas.

Subſunt vrbi, vnà ex parte.

Edera flu. in Leſsiam.

Cogninum.
Villanoua.
Iacotum.
Peſsia.
Corinthus.
Monfortium, Baronia.
Moncharuinum.
Chalodum.
Biſsiacum.
Chironum.
Vimmina.
Sanſulpicium.
Monthucum.

Spina mons.

Cattus mons. Lacus. Leſsia in lacum, qui cū Seueria in Rhodanū.

Pingonum.
Mota.
Curtiliæ.
Ceruoleſium.
Serrata, Baronia.
Burgetum.
Burdaqueum.
Altacomba, Abbatia.

Confinia Beugeſij.

Alia ex parte.

Niuoletus mons. Leſsia flu.

Santalbanum.
Crucium.
Montherminodum.
Villaretum.
Baſsinum.
Lambertum.
Baſtida Aquenſis.
Sanianum Arueſij.
Chafardonum.

Sali-

	Salinum.
	Thuriacum.
	Fenestratum.
	Podigrossum.
	Curienna.
	Buesserata.
	Rauoria.
Merea flu. in Albanã.	*Challesium.*
	Saniorium.
	Cheninum.
	Myanum.
Lacus Tirebuchius.	*Abbissy.*
	Marchiæ opp.
	Bellagarda.
Isara fl.	*Monsmelianus opp. præsidiũ.*
	trans Isaram.
	Vlmus.
	Chauana, Baronia.
	Muletæ opp.
	Aruillarium, Baronia.
	Confinia Delphinatus.
	S. Hugo Cartusia.
	Monsmaior Comitatus.
	Villa Saletum.
	Putauilla.
	Labytium.
	Monchabodum.
	Podogalterium.
	S. Helena.
	Combafortium Baronia.
	S. Petrumsocij Baronia.
	Munetum.
	Bettonum Abbatia.
	Bettonetum.
	Rupecula opp.
Cucheronus mõs.	*Acus comitatus.*
	Sanuialum.
	Prælæ.
	Vlteriæ Baronia.
	Cuesia.
	Rubodum.
	Altauilla.

	Castronouum.
Gelonũ fl. in Isaram.	*Bornua.*
	Chamossetum.
	Chamosium.
	Confinia Maurianæ. Alia ex parte Montismeliani, cis Isaram.
Isara fl.	*Crestum.*
	Albinum.
	Crosum.
	Sanphilipponum.
	Molardum.
Fraxinus mons. Bouiciarũ.	*Sampetrum Albiniaci.*
	Miolanum opp. Baronia & præsidium.
	Gresiacum.
	Montalorium Baronia.
	Sanuialum.
	Thononum opp. Comitatus.
Stamedeus mons.	*Plancherina.*
	Mercurianum.
	Cheuronum Baronia.
	Alundæ.
Arlium fl. in Isaram.	*Confluentium opp. Comitatus*
	Santhelena milleriarum.
	Bonuillarium.
	Confinia Tharentasiæ.
	Ventonum.
	Martodum.
	Cornilionum.
	Cæsarchiæ.
	Vltra chesia.
	Palus.
	Confinia Gebenesij. Alia ex parte Camberij.
	Montagnola.
	Barbarasium.
	Sambardotum.
	Aspremontium Baronia.
	Espernesium.
	Intermontium Comitatus.
	Magna cartusia.
	Confinia Delphinatus. Alia ex parte Camberij.
	Lemencum.

	Camberium vetus.
	Candia.
	Sonnasium.
	Montaniacum.
	Meriacum.
	Clarofontium.
	Voglenum.
	Viuarium.
	Aquæ, opp. Marchionatus.
Cirrus fl. in lacũ Burgeti.	*Mußiacum.*
	Tresylua.
	Santinnoncentium.
Chambota mons.	*Brisonum.*
	Cessenum.
	Longesanum.
	Monfalconum baronia.
	Sangermanum.
	San Marcellum.
	Salagina.
	Blaiacum.
	Charansoneum baronia.
	Albencum, olim oppidum.
	Biolla.
	Roassonum.
	Mudrium.
	Lepiniacum.
Chœnũ n Ceailum flu.	*Romuliacum oppidum.*
	Bochetum Baronia.
	Anunciada præsidium.
	Altauilla oppidum.
	Valleriæ.
	Citriacum.
	Vegiacum.
	Vuacum.
	Confinia Gebenesij.
	Alia ex parte ab Aquis.
	Gresiacum olim oppidum, Gebenesii.
	Bastida Albanesia.
	Santosengium.
	Santursum.

Bogemorãtiusmõs.	*Fesiniacum.*
Cheranũ, flu.	*Cusiacum, olim oppidum, Baronia.*
	Confinia Gebenesij.
	BAVGIARVM regio.
Cheranũ flu.	*Castellarium oppidum.*
	Stella.
	Mota.
	Schola.
	Dulciacum.
	Iargium.
	Fraxinus.
	Escherena.
	Composta.
Orgeualla mons.	*Charnea.*
	Bellacomba.
	Breßiacum.
	Bella vallis.
	Nuceum.
	Aritium.
	Deserta.
	Confinia Camberij.
	Alia ex parte Camberij.
Aquabelleta mons.	*Sancassinum.*
Lacus.	*Caudum.*
Granerus mons.	*Aquabelleta opp.*
	Replatum.
Guerius fl. in Rhodanum.	*Scalæ oppidum.*
	Berdoria.
	Pons belli vicini oppidum, pro dimidia sub Beugesio.
	Confinia Delphinatus & Beugesij.

MAVRIANA.

	SANIOANVM ciuitas.
	Inferiora sunt.
Aruanus fl. in Argum siue Argentum fl.	*Hermillionum.*
	Villaretum.
	Balma.
	Pontamafredum.
	Cuyna.

Villarium.
Sanremigium.
Camera opp. marchionatus.
Montaymo baronia.
Sauleodegarium.
Corberia.
Capella.
Epetra.
Argentina, fodinæ.
Carboneria.
Aquabella opp. & principatus.
Crux.
Bonuillaretum.
Aytho. — Argentũ in Isaram fl.

Confinia Sabaudiæ.
Superiora sunt.

Arua.
Monpacardum.
Albiacum.
Valloria. — Gallibonus mons.
Gardia.
Villa Gondranum.
Santalbanum.
Villa clementium.
San Iulinum.
Losariæ.
Mondiderium.
Rocaputeum.
San Martinum à porta.
San Michaelum opp.
Aurelia.
Santandreum.
Fronesium.
Modana.
Villarodinum.
Aprucium.
Burgetum. — Cinitius minor mons. Collum rufæ.
Brammouicum, olim metropolis.
Vernetum.
Soleriæ.

Ocellum.
Cerderiæ.
Termignonum. — Vanosia fl. in Argum. Magdalena mons.
Lancei burgum.
Bessanum.
Veyrola.
Bona vallis.
Alpes Cottiæ, siue Cinitiæ. — Lacus, à quo Cinitia fl.
Tabernetæ.
Hospitale sancti Nicolai.

Confinia Pedemontij.

TARANTASIA.

MVSTERVM Ciuitas & metropolis. — Dorans fl. in Isaram.
Inferius subsunt.

Aquablanca opp.
Boscum baronia.
Bellæ villæ.
Alaudæ siue Aluæ.
Villarserellum.
San Eusebium Cordis.
Castellarium.
Nauæ.
San. Thomasium Cordis. — Morellus fl. in Isaram.
San Eugendum.
Dulciacum.
Sancta Maria.
Bellacomba.
Lecheria.
Glaysa.
Brianſonum vicecomitatus. — Aqua rubra fl. in Isaram.
Pussiacum.
Bona vallis.
Cellerium. — Columba mons.
Coudretum.
Fessonum.
Ceuinum.
Rognasium.
Sampaulum.

	Bayum.
	Bastida.
	Turres.
	Confinia Confluentij & Sabaudiæ.
	Superius sunt.
	Salinæ.
	Malphæ.
	Vallis Bossia baronia.
	Tignæ.
	Sancta fides. ∴
Lacus.	*Plan-villarium.*
	Alta curia.
	San Iaquemum, præsidium.
	Saxum.
	Centron, olim caput gentis.
	Villeta.
Alpis magna mons.	*Mons Girodus.*
	Tesses. ∴
	Petra Calua.
	Plan-villarium.
	Castellaria.
	Ayma oppidum.
	Brolium.
	Bellentro. ∴
	Macotum.
	Landricium.
	Pessetum.
	Alta-villa.
	Bonconsilium.
Albula fl. in Isaram.	*Crestum.*
	Granerium.
Versoya fl. in Isaram.	*Burgus sancti Mauricij oppidum.*
Gasella mons.	*Villarium superius.*
	Sangermanum.
Vaugella mons.	*Villarium inferius.*
Torneta mons.	*Saxum.*
	Vallisara vicecomitatus.
	Alpes Graiæ siue columna Iouis siue parui sancti Bernardi.

	Hospitale.
	Confinia Augustæ.
Doronum flu. in Arlium.	**BELLIFORTIVM.**
Cormetus mons.	*San Maximum oppidum.*
Forcla mons.	*Alta Lucia opp.*
Chapius mons.	*Villarium.*
Lacus.	Confinia Sabaudiæ, Gebenesij, & Foucigniaci.
	GEBENESIVM.
Lacus à quo Theos flu.	ANECIVM opp. & semi ciuitas vbi pro tempore sedes Episcopalis Geneuæ.
	Vna ex parte.
	Anecium vetus.
Sancta Catarina mons.	*Senodum.*
	Viaugerum. ∴
	Quintalium.
	Murum.
	Orliacum.
	Barroxium.
	Gruffiacum.
Cheranū flu.	*Cingulum.*
	Confinia Bouiciarum, Cusiaci & Sabaudie.
	Alia ex parte.
	Montroterium baronia.
	Ponte-vitreum.
	Louaniacum.
	Monglardum.
	Poysiacum.
	Estersiacum. ∴
	Espaniacum.
	Mota.
	Tessiacum.
	Auullienum.
	Sionda.
	Chaperinum.
	Montaniacum baronia.

	Barmondum.
	Vetus.
	Vauchia. ∴
	Songiacum.
	Sanſylueſtrum.
	Caſtrum vetus.
Cheranum flu.	*Albiacũ opp.& comitatus Albaneſii.*
	Petra calua.
	Momponum.
	Mondeſirium.
	Sanmauritium.
	Monconomum. ∴
	Sanfelicium.
	Marciacum.
	Charanſoneum boſcorum.
	Salſa.
	Palus.
	Marinium.
	Germineum. ∴
	Ayriarum.
	Chaynaſium.
	Confinia Sabaudiæ.
	Alia ex parte. ∴
Theos fl. in Cœlũ.	*Cranum.*
	Geurerium.
	Martellum.
	Brincerium.
	Montheucum.
	Præmerium. ∴
	Contamine.
Cœlum fl.	*Pons Bruniaci.*
	Chouatum.
	Alongium. ∴
	Quallia.
	Villium,
	Argonaium.
	Barrium.
	San Martinum. ∴
	Grayſerium.
	Boyſſerium.
	Soyrerium.

	Plotus.
	Olleriæ.
	Bonatractus.
	Diſonchiæ. ∴
	Coſtæ.
	Villa.
	Fraxinus.
Cælum fl.	Alia ex parte.
	Nauæ.
	Sanclarum.
Albon mons.	*Dingiacum.*
	Seſſenayum.
	Moyronum. ∴
	Follietum.
	Ferreriæ.
Pernelanus mons.	*Alexium.*
Dronus mons.	*Blefferium.*
	Balma.
Nomen fl. in Cælum.	*Thonum opp.*
	Cletæ baronia. ∴
	Thuriacum.
	Mareſca.
	Serrauallis.
	Sixiæ.
	Mons ſecurus.
Borna fl.	*Burnandum maius.* ∴
	Burnandum minus.
	Manigodum.
	Intermontium Abbatia.
	Repoſitorium Cartuſia.
	Cluſa.
	Gita.
	Confinia Foucigniaci.
	Alia ex parte, ad lacum Anecium.
Rāponus mons.	*Veriacum.*
Chierrus mons.	*Chauoerrum.*
	Menthonum baronia. ∴
Raſerius mons.	*Choſalia.*
	Talloriæ opp. abbatia.
